58

NAZIONALE
VITT. EMANUELE
12
18 K
21/1

12
13
C
14.

II 058 f 2a

VARIARVM LECTIONVM DE RE MEDICA LIBRI TRES.

SALVSTIO SALVIANO ROMANO MEDICO

Et in Romano Gymnaſio medicinam Ordinariam Theoricam publice profitente Authore.

Quorum Cathalogum ab epiſtola ſequens pagella indicabit.

PERMISSV SVPERIORVM.

ROMAE Ex Typographia Iacobi Tornerij, & Bernardini Donangeli. 1588.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISS. ANTONIO MARIÆ SALVIATO S. R. E. Cardinali Ampliſſimo.

SALVSTIVS SALVIANVS S. P. D.

CVM in meis medicinę operibus, quæ nuper in lucem prodierunt, plurima & ea quidem difficillima non mediocri breuitate perſtrinxerim, nec idoneus congruúſque ea prorſus explanandi ſuppeditaretur Locus, tam in illis de calore libris, quam in alijs de concoctione, pręcipue vero in duobus quos poſtremo de vrinis in lucem

† edidi,

edidi, mihi admodum conſenta-
neũ videbatur in particulari ope-
re, qua maiori fieri poſſet facilita-
te, & perſpicuitate, multa magni
penſi,& difficillima declarare, quę
obſcura nimis, ac parum perſpe-
cta relinquebantur. Idque in prę-
ſenti libro perficere, in animum in
duxi meum. Cum vero res ſeiun-
cte,ac inter ſeipſas diuerſiſſimę ex-
iſtant, nec vlla ſimul ſerie conne-
cti potuerint, ſub nomine varia-
rũ Lectionum de re Medica egre-
dientur. Quamuis autem pleriq;
communibus, & facilioribus aſ-
ſueti, meas has nouas, & à com-
munibus prorſus diſſidentes opi-
niones admiraturi ſint, & fortaſſe
deriſuri, hos tamen ego veluti vul
gares homines, & frequentiori nu
mero, ne vlterius in dagari tenean
tur, communiter admodum ſen-
tientes, paruipendẽdos cenſeo, &

mecũ optime actũ duxero, ſi apud probatos viros, virtute, & nobiliori ingenio conſpicuos, aliquã gratiam inibo, qui meas has lucubrationes, non prorſus inutiles, ſed laude dignas iudicaturi ſint, quippe quę plurimis anſam ſuggerent indagandæ & multarum rerum inueniendæ veritatis, quæ hactenus incognitę apparuerunt. Quod quidem mihi ſatis mirum videtur, ne prorſus id improbem. Mirum inquam quod homines tam facile leuibus acquieſcant, communeſq; opiniones abſque alia vlla ratione, pro veritate excipiant. Ego vero eatenus communes ſectatus ſum opiniones, quatenus rationi conſentanæ, mihi viſæ ſunt, vbi vero à ratione alienas iudicaui, ab eis omnino animum abduxi, non ambitione, nec rerum nouitate commotus, ſed vt veritas magis

elucescat. Quæ licet in multis fortaſſe à me reperiri non poterit, in hoc tamen laude potius, quam reprehenſione dignus cenſebor, quod pro ea inuenienda, nulli laboris aut incommodi generi pepercerim, atque alijs huiuſmodi anſam hominibus vt dici ſolet præbuerim. Verum ne mea hæc noua inuenta, in quorundam hominum fluctibus ac detractorum, quorum infinitus eſt numerus, calumnijs abſque condecenti munimine exponantur, neceſſe mihi fore duxi vt ſub nobiliſſimo Illuſtriſſime amplitudinis tuæ præſidio, tutiſſimoque clypeo mitterentur, quæ & incomparabili authoritate ſua, & eximia animi magnitudine, ac pręſtantia, ob qua ad Cardinalatus apicem aſcendere promeruit, ac hodie magna omniũ admiratione, & totius Eccleſiæ ſanctę benefitio

id

id munus ſubſtinet, vt pluries vni-
uerſo orbi, tot legationibus ſibi
Commiſſis, potuit innoteſcere,
his obtrectatoribus terrorem incu
tiat, quo minus hos meos labores,
prius repræhendant, quam multa
fuerint ab ipſis diligentia conſide
rati, ac propoſitæ à me difficulta-
tes ſolutæ, rationibuſque quas in
proſpectum adduxi, factum fuerit
ſatis. Quod quidem ſi hęc mea
opuſcula aſſequentur, per gratum
mihi erit; nec me vmquam pro
communi vtilitate, ſententiam mu
tare pudebit. Et quemadmodum
ſemper Amplitudo tua Illuſtriſſi-
ma, res meas omnis fauoris ſui nu-
mine colluſtrauit, ità fore ſpero;
vt in præſenti meos hos labores,
foueat, & lubenti animo ample-
ctetur. Quare in ſummæ obſer-
uantiæ meæ, & reuerentię ſignum
ei hoc opus dedico; quod quam-

uis in magnam molem non excre-
uerit, res tamen arduas adeo conti
net, vt nullę citra cõtrouerſiam, in
arte medica, maiores ac difficilio-
res reperiantur: ſunt autem hæc
omnia, multo meo labore ab hinc
xviij. annis conſiderata, & adin-
uenta, quo toto tempore in almo
Vrbis Gymnaſio, publice medici-
nam profeſſus ſum ſuſcipiat igitur
Illuſtriſſima Amplitudo tua, id
quod exhibere poſſum exiguum
munus, tamquam grati animi pi-
gnus, pro innumeris quibus me
ſemper decorauit fauoribus, ac be
neficijs, quod quidem ſi ei gratum
eſſe cognouero, magis, magiſque
animus ad alia multa promenda
compelletur, quæ id ſolum expo-
ſtulant, vt prelo committantur.
Deus autem Opt. Max. Amplitudi
nem tuam Illuſtriſſimam pro pu-
blica vtilitate, diu incolumen ſer-
uet,

uet, ac, tueatur vt omnes Docti viri, optimi ſui Mœcenatis Cultores, vehementer exoptant, & præcantur.

Romæ die 1. Octobris. 1588.

INDEX CAPITVM, QVAE CONTINENTVR IN PRIMO LIBRO.

QVid ſit febris peſtilens, & quomodo diſtinguatur, à febribus putridis non peſtilentibus. cap. I.
An in febribus peſtilentibus, ac putridis, in peſte, veneno, ac morſu ſerpentum, conueniat ſanguinis miſſio. cap. II.
An in febre peſtilenti, vtendum ſit victu pleno, vel tenui. cap. III.
An chartæ in quibus ſcribitur, peſtem in accipientium perniciem effundant, & an ædem a peſtilenti loco datæ, euitari debeant, quæue remedia, ac diligentiæ genera, ad noxam, qua huiuſmodi chartæ afficiuntur arcendã, adhiberi poſſint. cap. IIII.
Omnis febris tam ephemera, tam putrida, quam hectica, eſt calor præter naturam,

turam, accenſus, & in calefacto eſſe inſubſtantia cordis, non autem in ſpiritibus, aut in humoribus, vt perperã communiter creditur. cap. V.

An brodium, & ſorbitiones conueniant calentibus pedibus, in augmento acceſſionis, & ſtatu: & quo tempore cibãdus ſit æger. cap. VI.

Indicatio mittendi ſanguinem, non eſt deſumenda, a morbi magnitudine, nec ab ætate, vt communiter creditur, ſed a cauſa morbi. cap. VII.

An in febribus liceat medico, mittere ſanguinem, aut vti purganti medicamento in 4. 7. 11. 14. & 21. die. c. VIII.

An mala euacuatio facta a natura ſymptomatice euacuante, ſit a medico cohibenda. cap. X.

IN-

INDEX CAPITVM QVAE CONTINENTVR IN SECVNDO LIBRO.

DE melancholia, & mania morbo, & eius curatione. cap. I.
Quid ſit criſis, quotuplex, & quæ conditiones requirantur ad optimam criſim. cap. II.
In quibus morbis expectanda ſit criſis, & quomodo iudicari ſoleant morbi longi. cap. III.
Quid ſit fames, & quomodo excitari ſoleat naturalis appetitus. cap. IIII.

INDEX CAPITVM, QVAE CONTINENTVR IN TERTIO LIBRO.

DE ſubiecto medicinæ. cap. I.
Quid ſit complexio. cap II
An primæ quatuor qualitates, ſint actu, vel potentia

in Temperamento, & ſi actu, an in eſſe ſummò, vel refracto. cap. III.
An complexio ſit ſubſtantia, vel accidens. cap. IIII.
An complexio ſit qualitas realiter diſtincta; a primis qualitatibus. cap. V.
An complexio humana ſit magis temperata, quam cæteræ complexiones aliorum animalium cap. VI.
Quodnam ſit corpus temperatum, quibuſue ſignis cognoſcatur. cap. VII.
An reperiatur homo Tēperatiſſimus quo ad iuſtitiam, & ſi datur, an æque diſtat ab extremis. cap. VIII.
An detur æquale quoad pondus. cap. IX.
An ſimile poſſit, & debeat conſeruari a ſuo ſimili cap. X.
An conſeruanda ſit conſuetudo, præſertim tempore ægritudinis, ſi fuerit mala. cap. XI.
An detur corpus neutrum. cap. XII.

ALEXANDRI BVTRII PHILOSOPHI, ET MEDICI ROMANI TETRASTICON.

DVm liber hic varia doctrina fulget in orbe:
Dum mentem varijs aurea verba notant.
Salluſti, quantum tua virtus inclita præſtet,
Et quantum medica poſſit in arte monent.

EMANVELIS CONSTANTINO
EPIGRAMMA
Ad Lectorem.

*NOn canit in Ripa mæandri ab-
iectus amani,
Dulcius, inque vlua, iam mo
ribundus olor.
Nec ſub fronde noua, variat Philomela
querelas
Gratius, extinctũ dum modulatur Ithim.
Quam Saluianus decantat dogmata phœbi
Prima ſibi merces ferre Saluſtij opem.
Hoc maior, quod non aurum, non vaſa re-
quirit,
Non erit ingenio, ſorte, fideque minor.
Quid dabimus Saluſti tibi, qui carmine
vincis.
Mercurium, & Phœbum, Pallada cõſilio?
Hoc opus, o Iuuenes ediſcite, Fidus Achates,
Sit liber hic, veſtrũ claudat vbique latus.*

IOANNIS BAPTISTAE COMPARDTTI, PHILOSOPHI ET MEDICI

OCTASTICON

Ad Librum.

SIc liber intrepido, pandens noua dogmata, inermis
Nunc vultu prodis? tela, nec vlla times?
An melius latuiſſe foret, quam fluctibus altis
Expoſitum, infidi ferre pericla maris?
En tali, me veri Author nunc robore, & armis
Fulſit, vt haud paueam tela, nec alta maris.
Strenuus hoſtiles ictus propellere, & vndas
Hic poterit placidas reddere fida ſalus.

VARIARVM LECTIONVM DE RE MEDICA LIBER PRIMVS.

SALVSTIO SALVIANO Medico Authore.

TRactationem hanc de febribus, ſicuti vtiliſſimam, & maxime neceſſariam, ita quoque & valdè difficilem, ac innumerabiles, & adhuc indeciſas difficultates habere: fatentur omnes, cum & de febris eſſentia, & eius cauſis, quamplurima dubitari ſoleant ab omnibus: quæ diu me ancipitem detinuerunt, an mihi fas eſſet, de hac re iuxta propriam ſententiam diſputare; verebar enim ne noua loquerer, & noua proponerem placita cõtra communem ſententiam, & vetera confirmare non audebam cum innumeras patiantur difficultates: Sed rogatus ab amicis, ne talia ſub ſilentio prętermitterē, quæ & ſi à multis veluti paradoxa, nec vndequaque tuta iudicata fuerint, ſaltem quaſi cal

caria efficient, vt alij ſubtilius inquirant, & conſiderent, quam multi, qui communibus ſententijs acquieuerũt, facilius, quam par ſit. Accipe igitur candide lector læto, & beneuolo animo hæc noua placita, ac illa ſine malè volentia conſidera: vt omnia ambo ſimul boni conſulentes, ac veritatem indagantes, voti compotes efficiamur.

Quid ſit Febris peſtilens, & quomodo diſtinguatur à febribus putridis, non peſtilentibus. Cap. I.

GRauiſſima adhuc eſt difficultas, quid ſit febris peſtilẽs, & mali moris, & quomodo diſtinguatur à cæteris febribus putridis, non peſtilentibus. Pro cuius quidem rei maiori declaratione duo hic erunt à nobis pertractanda: primo quid ſentiat hac in re communis opinio: ſecũdo reſpõdebimus ad quæſitum, ſecundum noſtram ſententiam.

Quoad primũ dico, quod licet Febris Peſtilens, conueniat cum febribus putridis non peſtilentibus in putredine, cũ febris peſtilens putrida ſit, & de genere putridarum, vt docet Gal. & Auic. diſtinguũtur tamen dupliciter: primo ratione putredinis: ſecundo ratione loci, ratione putredinis, quia licet ambæ putridæ ſint, & ortum ducant ex putredine, & corruptione humorum, tamen in febri peſtilenti maxima eſt putredo, & maior humorum corruptio, quam in cæteris putridis non peſtilentibus:

1. de diff. feb. c. ap. 5. 1. 4. tract. 4 cap. 1.

tibus : quare dicendũ erit, quod vtræque ſunt putridæ, diſtinguũtur tamen ſecundum magis, & minus, & ſecundum maiorem, & minorem gradum putredinis, vt fatetur Gal. *6. Epid. Sect. 1. com. 29.*

Secundo differunt ratione loci eo quia in febribus non peſtilentibus, locus putredinis eſt in venis, cum humores putreſcũt in venis, ſed in febre peſtilenti, putredo eſt in corde, & locus putredinis eſt ipſum cor, ſic habet Gal. & Auic. Si ergo dicetis vos, omnis febris peſtilens, ortum ducit immediate, ex putredine, quę fit in corde, & cor ipſum componatur ex triplici ſubſtãtia, vt ex ſpiritibus, humoribus, & partibus ſolidis, quę propriè dicuntur ſubſtantia ipſius cordis, in qua igitur parte cordis reperitur iſta putredo, quæ parit febrem peſtilentem?

Reſpondeo in ſingulis, & omnibus partibus, & ideo cum tres ſint partes ipſius cordis, quæ poſſunt putreſcere, atque corrumpi, ita quoque factum eſt, vt tres ſint differentiæ febris peſtilentis: prima quæ ortum ducit ex ſpiritibus putridis, & corruptis exiſtentibus in ventriculo cordis, docet enim Auicenna quod temperatura ſpirituum in corde exiſtentium, ab aere peſtilenti poteſt corrumpi, nec mirum videatur, ſi dicimus, ſpiritus corrumpi, cum aer (ex quo generantur ſpiritus, & tenuior eſt, & magis ſimplex) corrumpatur, & dicatur putreſcere, & recipere venenoſam, & peſtilentem qualitatem, & iſta febris peſtilens, quæ oritur ex ſpiritibus

A 2 corru-

corruptis poterit dici Diaria, ſeu Ephemera peſtilens, quæ tamẽ diſtinguitur à febre Diaria nõ peſtilenti, quoniam in ſimplici diaria ſpiritus ſunt ſolum excalefacti plus iuſto, & non corrupti.

Secunda quæ oritur ex humoribus corruptis, & putreſcentibus in ventriculo ipſius cordis, & iſta dicitur humoralis peſtilens putrida, & ſemper eſt continua; & nunquam intermittens.

Tertia differentia febris peſtilentis eſt illa, quæ ortum ducit ex corruptione, & putredine ſubſtantiæ ipſius cordis, in qua ſubſtantia ipſius cordis corrumpitur, & quodammodo incipit putreſcere, & dicitur hectica peſtilens à Galeno; & in hoc diſtinguitur ab hectica non peſtilenti, quia in non peſtilenti membra ſolida, & ſubſtantia cordis nõ putreſcunt, ſed ſolum incaleſcunt plus iuſto; quod ſi fateri nolimus ſubſtantiã cordis poſſe corrumpi, cum dicat Hipoc. cor cum ſit ſolidum, & denſum, neque dolere, nec morbum pati; dicamus ſubſtantiam cordis ſuſcipere peſtilentem, & venenoſam qualitatem, vel ab aere peſtilenti, vel ab humoribus, peſtilentibus, putreſcentibus in ventriculo cordis; licet tamen tuto poſſimus aſſerere, ſubſtantiã cordis poſſe corrumpi, & putreſcere, licet nõ niſi à maxima, & vehementiſſima putredine, & cauſa: ad locum vero Hipoc. dicatis quod nõ negat cor poſſe lædi, & alterari, ſed dicit, cum ſit adeo ſolidum, non poteſt à quacum-

9. de præſag expul. cap. in 4 fine.

4. de morbis tex. 13.

que leui cauſa offendi,& alterari. Cum ergo Febris Peſtilens ſit in triplici differentia, vt ephemera, humoralis,& hectica: ita quoque factum eſt, vt febris peſtilens magna ex parte ſit humoralis, aliquando ephemera, ſed valde raro eſt hectica; vbi tamen febris peſtilens fuerit hectica, tunc erit peſtilens, & lætalis. Sed ſi febris peſtilens dicetis vos, aut eſt ephemera, vel humoralis, aut hectica, & quomodo cognoſcam ego, quando fuerit Diaria putrida, vel hectica?

Reſpondeo hoc facile cognoſci proprijs ſignis quibus inuicem diſtinguuntur ephemera, putrida,& hectica non peſtilentes, & cum in Diaria, & hectica vnica tantum ſit acceſſio à principio vſque ad morbi ſolutionem, calor ad tactum mitis,& temperatus, vrina ſimilis ſano, pulſus ſine vlla inæqualitate, & ordinatus, ita quoque ſi in febre peſtilenti nō ſint plures acceſſiones, ſed ſit peſtilens continua ſine tipo, & ſine exacerbatione, vrina mingatur ſimilis ſano, calor totius corporis ad tactum ſentiatur mitis, & temperatus, dicendū erit febrem iſtam peſtilentem eſſe hecticam, vel diariam, ſed ſi plures habeat acceſſiones, vrina mingatur turbida, ſubiugalis, nigra, & peſſima, calor ad tactum non ſit adeo mitis, ſed magis ſiccus, & magnus, dicatis eſſe febrē peſtilentem putridam humoralem, quæ quidem eſt minus lætalis,& minus peſtilens, quā cæteræ duæ, & ideo facilius curatur, & quam plurimi laborātes tali febre peſtilenti humo-

rali,ſanantur;Peſtilens verò diaria,difficilius curatur, hectica vero eſt inſanabilis: ſed hectica quomodo diſtinguatur à diaria peſtilenti,dicatis eiſdem ſignis quibus ephemera, diſtinguitur ab hectica non peſtilenti.

Iſta tamen communis opinio, patitur grauiſſimas difficultates, & primo nō videtur verum,quod Febris Peſtilens,diſtinguatur à febribus putridis non peſtilentibus, ſecundum magis,& minus.i.ſecundum maiorē, aut minorem gradum putredinis,& ratio dubitandi eſt primo quoniam cum febris peſtilens,& nō peſtilens inuicem multum diſtinguantur,non ergo credendum erit diſtingui ſecundum magis,& minus, cum magis, & minus non variāt ſpeciem. Alio igitur modo reſpondendum erit ad difficultatem,& cum communis opinio non videatur vndequaque ſatisfacere,pro viribus conabor propria ſententia, reſpondere ad quæſitum, & omitto, quid ſentiat Gal. & Auic.

Autboris opinio. Dico igitur,quòd Febris Peſtilens ratione putredinis diſtinguitur à febre non peſtilenti,primo quia Febris Peſtilens eſt putrida, & ortum ducit ab humoribus putreſcentibus, & corruptis, febres vero ſalubres, quæ communiter putridæ dicuntur, non oriuntur ex putredine humorum,nec verum eſt, eſſe putridas, vt perperam communiter creditur,ſed ortum ducunt ex humorum præter naturali excalefactione tantum, & non ex eorundem humorum putredine: quare vbi humores in corpo-

ribus

ribus noſtris excaleſacti fuerint plus iuſto, à calore non naturali, igneo, & mordaci, tunc iſta caliditas ignea, accenſa in humoribus, pa rit febrem humoralem non peſtilentem, aut ſalubrem, quæ communiter dicitur putris, licet non ſit; ſed ſi humores, non ſolum ſint excaleſacti, ſed putreſcant, tunc pariunt febrem peſtilentem. Cõcludamus ergo, quod Febres omnes Putres, ſunt Peſtilentes, quæ quidẽ ſen tentia licet ſit contra Gal. & communẽ opinionẽ omniũ Medicorum, non tamen temere in hanc ſententiam deſcendimus: quod autẽ in febribus ſalubribus, quæ vulgo putridæ dicuntur humores actu non putreſcant: probatur primo à poſteriori, & ab accidẽtibus ipſis, eo quia morbi magnitudo, & acumen cognoſcitur ex magnitudine, & ſæuitia ſimptomatũ ſic docet Hipoc. vbi morbus peracutus eſt ſta tim extremos habet labores, ſed in febribus, *1. aph.* quæ vulgo putridæ dicuntur, non fiunt ſymthomata, & accidentia, quæ ſequi ſolent putredinem humorum, ergo ſignum eſt in illis, humores non putreſcere: minor probatur, quia docet experiẽtia quod vbi in aliqua parte noſtri corporis quantumuis extrema, & lõginqua à corde, vt in pede, vel in extremo digito oriatur, & fiat aliquis affectus putridus, vt cancrena &c. ſtatim ex putredine humorũ, orta in illa parte extrema, & ignobili fiunt ſæuiſſima ſympthomata, vt virtus vitalis ſuccũbit, pulſus inæquales, totum corpus ob extinctionem naturalis caloris, & ſpirituum reſo-

lutionē, refrigeratur &c. quanto ergo deteriora, & maiora fierent accidentia, in quacunque febre putrida ſalubri, ſi ſemper in ea humores (vt communiter, creditur) putreſcerent in venis, vel etiam extra venas? cum iſta putredo, non ſolum maior eſt, quàm illa pauca putredo, quæ fieri poteſt in extremo digito, ſed etiam eſſet in parte adeo propinqua ipſi cordi. Quare cum in dictis febribus, magna ex parte mitiſſima, & pauca ſint accidentia, nec ea adſint, quæ ſequi ſolent putredinē humorum, dicendum erit in illis febribus, humores actu nū putreſcere, ſed quod tantū incaleſcūt à calore non naturali, & ſic fit tertiana continua, vel intermittens: vbi verò poſtea in eadem febre humores putreſcunt, ſtatim fit, & dicetur tertiana peſtilens, & ſic de cæteris febribus.

Secundo comprobatur hoc idem, eo quia in hoc præcipue diſtinguuntur febres peſtilentes à non peſtilentibus, quod in febribus peſtilentibus, non ſolū partes extremæ, ſed omnes partes externæ noſtri corporis, ad tactū ſentiuntur frigidæ, aut ſaltem adeo temperatæ, vt videantur non febrire, in alijs vero febribus non peſtilentibus, vniuerſum corpus ſentitur calidiſſimum: ergo ſignum eſt in febribus peſtilentibus, humores putreſcere, & corruptos eſſe in venis, in alijs vero nō peſtilentibus, non putreſcere.

vide cap. 2. Conſequentia probatur, quoniam per putrefactionem, & corruptionem, omnia corpora red-

ta redduntur frigidiora, vt docet experientia, & licet dum corrumpantur incaleſcant, vbi tamē ſint corrupta, frigida ſunt, & ratio eſt, quoniam à ſuperflua, & non naturali, humiditate, quę acquiritur per putrefactionē, ſuffocatur, & extinguitur omnis calor tum naturalis, tum præter naturam, qui reperiebatur in corpore putrefacto, quoniam ſicuti vita conſiſtit in calido, ita mors cū ſit extinctio caloris, eſt refrigeratio totius corporis, & res omnes dum tendunt ad interitum refrigerantur, ſed dum putreſcunt, tendunt ad interitū, ergo non eſt mirum ſi refrigerantur: quare dicamus, quod vbi humores putreſcūt in venis, totum corpus refrigetatur, ſed vbi non putreſcunt, ſed ſolum fuerint alterati, excalefacti plus iuſto, ſentitur in toto corpore maximus calor, quod probatur exemplo inflammationum, & thumorum præter naturam, vbi enim in aliqua parte noſtri corporis, fiat thumor, aut eriſipelas, in qua humores non ſint corrupti, ſed ſolum alterati, & excalefacti, ſentitur in illa parte maximus calor: ſed vbi in eadem parte, & thumore, ſeu inflammatione, humores putreſcant, & corrumpantur, ita vt pars illa fuerit æſtiomenata, & fiat ibi cancrena, ſtatim in illa parte, non ſentitur amplius, nec calor, nec dolor, nec inflammatio, ſed pars illa corrupta frigida eſt.

Idem contingit in Febribus in quibus humores ſi non ſint corrupti, ſed tantum alterati, & excalefacti plus iuſto, vt fit in febribus non peſtilentibus, tunc ex calefactione humorum,

rum,

rum, ſentitur caliditas magna, acris, & mordax in toto corpore, vbi vero in febribus, humores putreſcant,& ſint corrupti,cum per illorum putrefactionem, & mortificationem extinguatur naturalis calor, qui in ſanguine reperitur, quid mirum ſi totum corpus refrigeratur?

Et hac ratione in Febribus Peſtilentibus vniuerſum corpus refrigeratur, & corpora, quæ laborant febre peſtilenti,ad tactum ſentiuntur frigida,vel adeo temperata in calore vt videantur non febricitare, quod quidem eſt ſignum certum &Patognomonicum febris peſtilentis:& corruptionis humorum.In alijs vero febribus, vt in tertiana, quotidiana &c. in quibus magnus ſentitur calor,ſignum eſt, humores non eſſe corruptos,ſed tantum alteratos,& excalefactos plus iuſto,eo quia ſi caliditas magna,acris,mordax argueret in febribus putredinem humorum, vt communiter creditur,ergo in tertiana,& ſinoco,in quibus maior ſentitur caliditas extranea, & mordax quã in febre peſtilenti,maior reperiretur putredo,quod tamen eſt falſum præſertim in ſinoco ſine putredine ergo fatendum erit,quod quo maior caliditas ſentitur in febribus, ſignum eſt,ibi nullam adeſſe corruptionem, & ſicuti ſinocus putridus & non putridus, diſtinguuntur ratione putredinis, eo quia in non putrido,humores ſunt tãtum excalefacti plus iuſto ſed non putreſcunt,vbi vero putreſcant, febris illa ſinocha fit putrida ſic docet, Gal.

& com-

& communis opinio, ergo ſecūdum communem opinionem poterit accendi febris in humoribus, ex eorundem ſola excalefactione, etiam quod non putreſcant, non erit igitur abſurda noſtra opinio, dum dicimus, quod febres quę vulgo putridæ dicuntur, oriantur ex ſola ſuper excalefactione humorum, non autem ex eorum putredine. *9. meth. medin cap. 4.*

Poteſt etiam hoc idem confirmari, ex nominis ethimologia, cùm febris dicta ſit à feruore, & non à putredine, quare dari poterit febris, ex ſola excalefactione humorum ſine putredine.

Confirmatur tertio, quoniam ſicuti fit febris ephemera, ex ſola excalefactione ſpirituum, hectica, vbi partes ſolidę tantum incaleſcant, abſque vlla putredine, & quare non poterit etiam in humoribus accendi febris ex ſola eorum ſuper excalefactione, abſque vlla putredine?

An in febribus peſtilentibus, ac putridis, in peſte, in veneno, ac morſu ſerpentum, conueniat ſanguinis miſſio. Cap. II.

Ratio dubitandi, an in febribus putridis conueniat mittere ſanguinem, eſt quoniam fatetur Gal. ſaluberrimum eſſe, in omni febre putrida, mittere ſanguinem: immo in ſinoco putrido, docet mittendum eſſe ſanguinem, vſq; ad animi deliquium, & dicit ſiquidem eorum, qui ex ſola obſtructione febrici- *10. Meth. med. 9. Meth. Med c 4. 11. Meth. Med. c. 14.*

bricitarent nemo in putredinis febrem inci- dit, qui prius ſanguinem miſerat, & alibi qui ex putredine humorum febricitat, mittendus ſtatim ſanguis eſt.

11. Meth. Med. c. 14. Contrarium tamen docet idē Gal. dum dicit, nec obſtructio, nec putredo, curari poſſunt ſanguinis miſſione, vt quę alia remedia deſiderent, hæc Gal. ſi ergo putredo non deſiderat ſanguinis miſſionem, ergo nec febres putridæ, vt quæ ortum ducunt ex humoribus putreſcentibus, expoſtulant ſanguinis miſſionem, ſed alia remedia.

Et ſi dicatis vos, & qua ratione factum eſt, vt putredini, & humoribus putreſcentibus, nō conueniat flebotomia. Reſpondeo hoc eſſe, *Auctoris ratio. Ex Gal. 11. Meth. Med. c. 8.* quoniam Putredo nihil aliud eſt, quàm extinctio naturalis caloris, & reſolutio ſpirituum, tunc enim res putreſcunt quando extinguitur eorum naturalis calor, & ſpiritus reſoluūtur, & ideo res putridæ, & corruptę frigidę ſunt, quoniam extinctus eſt eorum calor & ſpiritus reſoluti, & ſicuti calor, & ſpiritus præſeruant corpora noſtra à putredine, cum *Cap. 1.* vita conſiſtat in calido, ita quoque vbi extinguitur calor, & reſoluuntur ſpiritus, corpora putreſcunt, & cadunt ad interitum, vti diximus de febre peſtilenti ex ijs dicatis, quod ſi humores ideo putreſcunt, quoniā extinguitur eorum naturalis calor, & ſpiritus reſoluuntur ergo quo magis extinguetur eorum calor, cities, & magis etiam putreſcunt, ſed ſanguinis *9. Meth. Med c. 4.* miſſio refrigerat ſanguinem, quoniam per

flé-

flebotomiam reſoluuntur ſpiritus, & imminuitur naturalis calor, vnde & vires debiliores fiunt, ideo ſi mittatur ſanguis in febre putrida, humoribus exiſtentibus putridis, augetur, eorum putredo.

Quòd etiam videtur innuere Gal. dum loquitur de ſanguinis miſſione, ſic dicit, Porro in continentibus febribus quæ ex meatuum ſtipatione accenduntur quoniam valida plerunque virtus eſt citra periculum, vacuatio adhibetur, in alijs vero morbis, maſſime eſt periculoſa, veluti ſi ea forte incidit in corruptione humorum Hæc Gal. *9 met. c. 10*

Tertio Augetur difficultas cum Gal. doceat quomodo curandi ſint putreſcentes humores, & ſic dicit, quod iam corruptum eſt omni ratione vacuantes, reliquum motibus moderatis & refrigerante per ſpiratu, ad exactam ſymmetriam reducentes, ac vacuationem quidem illius per vrinam, deiectiones, vomitum, ac ſudores moliemur: & infra ſic dicit, quomodo ſingulis ſit opitulandum, initium à putredine, quà totum corpus occupat quæ ipſas continuas febres quas ſinocos vocant excitat, faciemus: ergo à corporibus, quæ ſic afficiuntur expellenda, quę putruerunt per vrinas & aluum, & ſudorem ſunt, & etiam per vomitum, ſi ad os ventriculi ſua ſponte impetum capiant, aliter autem non eſt quod ea pręter naturam irrites; quibus verbis docet Gal. putreſcentes humores vacuandos eſſe, aut per vrinam, aut per vomitum, & non *11. meth. med. c. 8.* *Cap. 9. in principio.*

alio modo ergo nõ per ſanguinis miſſionem.

Quid ergo dicendum ſit, in re tam graui, ac difficili, vt tueamur ſententiam Gal. non video, niſi forſan dicamus loqui Gal. de copioſa ſanguinis miſſione, & vſque ad animi deliquium, virtute pręſertim exiſtente debili, quaſi diceret Gal. non niſi in ſinocho conuenit mittere ſanguinem vſque ad animi deliquium quoniam virtus plerunque valida eſt in cæteris febribus talis flebotomia eſt maxime periculoſa, & ideo non negat Gal. his verbis in cęteris febribus mittẽdum eſſe ſanguinem, ſed negat mittendum eſſe vſque ad animi deliquium præſertim ſi virtus debilis ſit. Quare ſecundum communem ſentẽtiam dicendum eſt ad difficultatem, quod vbi ſit notabilis putredo, non eſt mittendus ſanguis, vſq; ad animi deliquium, cum ex tali copioſa euacuatione, debilitatur virtus, vt non poſſit concoquere, & reſiſtere putredini, quod ſi ipſam virtutem poſt illam copioſam flebotomiam fouere volueris, cogeris, intempeſtiue cibare, quod erit cauſa maioris putredinis, & ideo in febre ſinocha ſine putredine, in qua tantum humores incipiant putreſcere, conuenit ſanguinis miſſio vſq; ad animi deliquium ſed vbi iam facta fuerit omnino putrida, non amplius conuenit. Et ſi dicatis vos mittit ſanguinem Galenus, vſque ad animi deliquium in carbũculis, in quo tamen adeſt maxima putredo; duobus modis reſponderi poteſt, primo ſi dicamus, quod vbi putredo

9. Meth, c. 10.

14. Meth. Med. c. 10.

totum corpus occupat, & ſit in omnibus venis, vt in febre peſtilenti &c. Non competit mittere ſanguinem vſq; ad animi deliquium ſed vbi maſſima putredo occupat tantũ vnam partem, ad quam humores vehementiſſime fluunt, vt in tumoribus, & imminet periculum maſſimi doloris, aut ne pars corrumpatur à nimia, & multa fluxione, tunc conuenit flebotomia vſque ad animi deliquium, vel ſecundo dicatis quod Gal. in principio carbunculi, quando non multa adeſt putredo docet mittendum eſſe ſanguinem vſque ad animi deliquium, ratione reuulſionis, non autem ratione euacuationis, quoniam materia illa corrupta, quæ reperitur in carbunculo, non poteſt, nec debet euacuari ſanguinis miſſione, dicendum eſt igitur, quod materia exiſtente omnino corrupta, & iam putrefacta, non conuenit flebotomia, ſed in principio quando adhuc eſt in fieri, & in putrefieri, conuenit flebotomia, & ideo docet Gal. in omni magna inflammatione, mittendum eſſe ſanguinem vſque ad mutationem coloris excepto ſi virtus ſit debilis, aut phlegmone maligna, dum ſic dicit, non tamen omni ex parte hanc mutationem expectare oportet, verum accidit interdum, vt ante quam hæc fiat ceſſandum ſit duabus de cauſis; quod virtus ſit imbecilla, aut phlegmone maligna, ergo Gal. in phlegmone maligna mittit ſanguinẽ non tamen vſque ad animi deliquium, & mutationem coloris.

Lib. de curandi ratione per ſang. miſſ. c. 14.

Non

caria efficient, vt alij ſubtilius inquirant, & conſiderent, quam multi, qui communibus ſententijs acquieuerũt, facilius, quam par ſit. Accipe igitur candide lector læto, & beneuolo animo hæc noua placita, ac illa ſine malè volentia conſidera: vt omnia ambo ſimul boni conſulentes, ac veritatem indagantes, voti compotes efficiamur.

Quid ſit Febris peſtilens, & quomodo diſtinguatur à febribus putridis, non peſtilentibus. Cap. I.

GRauiſſima adhuc eſt difficultas, quid ſit febris peſtilẽs, & mali moris, & quomodo diſtinguatur à cæteris febribus putridis, non peſtilentibus. Pro cuius quidem rei maiori declaratione duo hic erunt à nobis pertractanda: primo quid ſentiat hac in re communis opinio: ſecũdo reſpõdebimus ad quæſitum, ſecundum noſtram ſententiam.

Quoad primũ dico, quod licet Febris Peſtilens, conueniat cum febribus putridis non peſtilentibus in putredine, cũ febris peſtilens putrida ſit, & de genere putridarum, vt docet Gal. & Auic. diſtinguũtur tamen dupliciter: primo ratione putredinis: ſecundo ratione loci, ratione putredinis, quia licet ambæ putridæ ſint, & ortum ducant ex putredine, & corruptione humorum, tamen in febri peſtilenti maxima eſt putredo, & maior humorum corruptio, quam in cæteris putridis non peſtilẽtibus:

1. de diff. feb. c.ap. 5. 1.4. tract. 4 cap. 1.

tibus: quare dicendũ erit, quod vtræque ſunt putridæ, diſtinguũtur tamen ſecundum magis, & minus, & ſecundum maiorem, & minorem gradum putredinis, vt fatetur Gal. 6. Epid. Sect. 1. com. 19.

Secundo differunt ratione loci eo quia in febribus non peſtilentibus, locus putredinis eſt in venis, cum humores putreſcũt in venis, ſed in febre peſtilenti, putredo eſt in corde, & locus putredinis eſt ipſum cor, ſic habet Gal. & Auic. Si ergo dicetis vos, omnis febris peſtilens, ortum ducit immediate, ex putredine, quę fit in corde, & cor ipſum componatur ex triplici ſubſtãtia, vt ex ſpiritibus, humoribus, & partibus ſolidis, quę propriè dicuntur ſubſtantia ipſius cordis, in qua igitur parte cordis reperitur iſta putredo, quæ parit febrem peſtilentem?

Reſpondeo in ſingulis, & omnibus partibus, & ideo cum tres ſint partes ipſius cordis, quæ poſſunt putreſcere, atque corrumpi, ita quoque factum eſt, vt tres ſint differentiæ febris peſtilentis: prima quæ ortum ducit ex ſpiritibus putridis, & corruptis exiſtentibus in ventriculo cordis, docet enim Auicennã quod temperatura ſpirituum in corde exiſtentium, ab aere peſtilenti poteſt corrumpi, nec mirum videatur, ſi dicimus, ſpiritus corrumpi, cum aer (ex quo generantur ſpiritus, & tenuior eſt, & magis ſimplex) corrumpatur, & dicatur putreſcere, & recipere venenoſam, & peſtilentem qualitatem, & iſta febris peſtilens, quæ oritur ex ſpiritibus

corruptis poterit dici Diaria, ſeu Ephemera peſtilens, quæ tamẽ diſtinguitur à febre Diaria nõ peſtilenti, quoniam in ſimplici diaria ſpiritus ſunt ſolum excalefacti plus iuſto, & non corrupti.

Secunda quæ oritur ex humoribus corruptis, & putreſcentibus in ventriculo ipſius cordis, & iſta dicitur humoralis peſtilens putrida, & ſemper eſt continua, & nunquam intermittens.

Tertia differentia febris peſtilentis eſt illa, quæ ortum ducit ex corruptione, & putredine ſubſtantiæ ipſius cordis, in qua ſubſtantia ipſius cordis corrumpitur, & quodammodo incipit putreſcere, & dicitur hectica peſti-
9. de præſag expul. cap. in 4. fine. lens à Galeno; & in hoc diſtinguitur ab hectica non peſtilenti, quia in non peſtilenti membra ſolida, & ſubſtantia cordis nõ putreſcunt, ſed ſolum incaleſcunt plus iuſto; quod ſi fateri nolimus ſubſtantiã cordis poſ-
4. de morbis tex. 13. ſe corrumpi, cum dicat Hipoc. cor cum ſit ſolidum, & denſum, neque dolere, nec morbum pati; dicamus ſubſtantiam cordis ſuſcipere peſtilentem, & venenoſam qualitatem, vel ab aere peſtilenti, vel ab humoribus, peſtilentibus, putreſcentibus in ventriculo cordis; licet tamen tuto poſſimus aſſerere, ſubſtantiã cordis poſſe corrumpi, & putreſcere, licet nõ niſi à maxima, & vehementiſſima putredine, & cauſa; ad locum vero Hipoc. dicatis quod nõ negat cor poſſe lædi, & alterari, ſed dicit, cum ſit adeo ſolidum, non poteſt à quacum-

que ſeu causa offendi, & alterari. Cum ergo Febris Peſtilens ſit in triplici differentia, vt ephemera, humoralis, & hectica: ita quoque factum eſt, vt febris peſtilens magna ex parte ſit humoralis, aliquando ephemera, ſed valde raro eſt hectica; vbi tamen febris peſtilens fuerit hectica, tunc erit peſtilens, & lætalis. Sed ſi febris peſtilens dicetis vos, aut eſt ephemera, vel humoralis, aut hectica, & quomodo cognoſcam ego, quando fuerit Diaria putrida, vel hectica?

Reſpondeo hoc facile cognoſci proprijs ſignis quibus inuicem diſtinguuntur ephemera, putrida, & hectica non peſtilentes, & cum in Diaria, & hectica vnica tantum ſit acceſſio à principio vſque ad morbi ſolutionem, calor ad tactum mitis, & temperatus, vrina ſimilis ſano, pulſus ſine vlla inæqualitate, & ordinatus, ita quoque ſi in febre peſtilenti nõ ſint plures acceſſiones, ſed ſit peſtilens continua ſine tipo, & ſine exacerbatione, vrina mingatur ſimilis ſano, calor totius corporis ad tactum ſentiatur mitis, & temperatus, dicendũ erit febrem iſtam peſtilentem eſſe hecticam, vel diariam, ſed ſi plures habeat acceſſiones, vrina mingatur turbida, ſubiugalis, nigra, & peſſima, calor ad tactum non ſit adeo mitis, ſed magis ſiccus, & magnus, dicatis eſſe febrẽ peſtilentem putridam humoralem, quæ quidem eſt minus lætalis, & minus peſtilens, quã cæteræ duæ, & ideo facilius curatur, & quam plurimi laborãtes tali febre peſtilenti humo-

rali,ſanantur;Peſtilens verò diaria,difficilius curatur, hectica vero eſt inſanabilis: ſed hectica quomodo diſtinguatur à diaria peſtilenti,dicatis eiſdem ſignis quibus ephemera, diſtinguitur ab hectica non peſtilenti.

Iſta tamen communis opinio, patitur grauiſſimas difficultates, & primo nõ videtur verum,quod Febris Peſtilens,diſtinguatur à febribus putridis non peſtilentibus, ſecundum magis,& minus.i.ſecundum maiorẽ, aut minorem gradum putredinis,& ratio dubitandi eſt primo quoniam cum febris peſtilens,& nõ peſtilens inuicem multum diſtinguantur,non ergo credendum erit diſtingui ſecundum magis,& minus, cum magis, & minus non variãt ſpeciem. Alio igitur modo reſpondendum erit ad difficultatem,& cum communis opinio non videatur vndequaque ſatisfacere,pro viribus conabor propria ſententia, reſpondere ad quæſitum, & omitto, quid ſentiat Gal. & Auic.

Authoris opinio. Dico igitur,quòd Febris Peſtilens ratione putredinis diſtinguitur à febre non peſtilenti,primo quia Febris Peſtilens eſt putrida, & ortum ducit ab humoribus putreſcentibus, & corruptis, febres vero ſalubres, quæ communiter putridæ dicuntur,non oriuntur ex putredine humorum,nec verum eſt, eſſe putridas, vt perperam communiter creditur,ſed ortum ducunt ex humorum præter naturali excalefactione tantum, & non ex eorundem humorum putredine: quare vbi humores in corpo-

ribus

ribus noſtris excalefacti fuerint plus iuſto, à calore non naturali, igneo, & mordaci, tunc iſta caliditas ignea, accenſa in humoribus, parit febrem humoralem non peſtilentem, aut ſalubrem, quæ communiter dicitur putris, licet non ſit; ſed ſi humores, non ſolum ſint excalefacti, ſed putreſcant, tunc pariunt febrem peſtilentem. Cõcludamus ergo, quod Febres omnes Putres, ſunt Peſtilentes, quæ quidẽ ſententia licet ſit contra Gal. & communẽ opinionẽ omniũ Medicorum, non tamen temere in hanc ſententiam deſcendimus: quod autẽ in febribus ſalubribus, quæ vulgo putridæ dicuntur humores actu non putreſcant: probatur primo à poſteriori, & ab accidẽtibus ipſis, eo quia morbi magnitudo, & acumen cognoſcitur ex magnitudine, & ſæuitia ſimptomatũ ſic docet Hipoc. vbi morbus peracutus eſt ſtatim extremos habet labores, ſed in febribus, quæ vulgo putridæ dicuntur, non fiunt ſymthomata, & accidentia, quæ ſequi ſolent putredinem humorum, ergo ſignum eſt in illis, humores non putreſcere: minor probatur, quia docet experiẽtia quod vbi in aliqua parte noſtri corporis quantumuis extrema, & lõginqua à corde, vt in pede, vel in extremo digito oriatur, & fiat aliquis affectus putridus, vt cancrena &c. ſtatim ex putredine humorũ, orta in illa parte extrema, & ignobili fiunt ſæuiſſima ſympthomata, vt virtus vitalis ſuccũbit, pulſus inæquales, totum corpus ob extinctionem naturalis caloris, & ſpirituum reſo- 1.aph.

 lutio-

lutionē, refrigeratur &c. quanto ergo deteriora, & maiora fierent accidentia, in quacumq; febre putrida ſalubri, ſi ſemper in ea humores (vt communiter, creditur) putreſcerent in venis, vel etiam extra venas? cum iſta putredo, non ſolum maior eſt, quam illa pauca putredo, quæ fieri poteſt in extremo digito, ſed etiam eſſet in parte adeo propinqua ipſi cordi. Quare cum in dictis febribus, magna ex parte mitiſſima, & pauca ſint accidentia, nec ea adſint, quæ ſequi ſolent putredinē humorum, dicendum erit in illis febribus, humores actu nō putreſcere, ſed quod tantū incaleſcūt à calore non naturali, & ſic fit tertiana continua, vel intermittens: vbi verò poſtea in eadem febre humores putreſcunt, ſtatim fit, & dicetur tertiana peſtilens, & ſic de cæteris febribus.

Secundo comprobatur hoc idem, eo quia in hoc præcipue diſtinguuntur febres peſtilentes à non peſtilentibus, quod in febribus peſtilentibus, non ſolū partes extremæ, ſed omnes partes externæ noſtri corporis, ad tactū ſentiuntur frigidæ, aut ſaltem adeo temperatæ, vt videantur non febrire, in alijs vero febribus non peſtilentibus, vniuerſum corpus ſentitur calidiſſimum: ergo ſignum eſt in febribus peſtilentibus, humores putreſcere, & corruptos eſſe in venis, in alijs vero nō peſtilentibus, non putreſcere.

Conſequentia probatur, quoniam per putrefactionem, & corruptionem, omnia corpora red- *vide cap. 2.*

ta redduntur frigidiora, vt docet experientia, & licet dum corrumpantur incaleſcant, vbi tamē ſint corrupta, frigida ſunt, & ratio eſt, quoniam à ſuperflua, & non naturali, humiditatē, quę acquiritur per putrefactionē, ſuffocatur, & extinguitur omnis calor tum naturalis, tum præter naturam, qui reperiebatur in corpore putrefacto, quoniam ſicuti vita conſiſtit in calido, ita mors cū ſit extinctio caloris, eſt refrigeratio totius corporis, & res omnes dum tendunt ad interitum refrigerantur, ſed dum putreſcunt, tendunt ad interitū, ergo non eſt mirum ſi refrigerantur: quarē dicamus, quod vbi humores putreſcūt in venis, totum corpus refrigetatur, ſed vbi non putreſcunt, ſed ſolum fuerint alterati, excalefacti plus iuſto, ſentitur in toto corpore maximus calor, quod probatur exemplo inflammationum, & thumorum præter naturam, vbi enim in aliqua parte noſtri corporis, fiat thumor, aut eriſipelas, in qua humores non ſint corrupti, ſed ſolum alterati, & excalefacti, ſentitur in illa parte maximus calor: ſed vbi in eadem parte, & thumore, ſeu inflammatione, humores putreſcant, & corrumpantur, ita vt pars illa fuerit æſtiomenata, & fiat ibi cancrena, ſtatim in illa parte, non ſentitur amplius, nec calor, nec dolor, nec inflammatio, ſed pars illa corrupta frigida eſt.

Idem contingit in Febribus in quibus humores ſi non ſint corrupti, ſed tantum alterati, & excalefacti plus iuſto, vt fit in febribus non peſtilentibus, tunc excalefactione humo-

rum, ſentitur caliditas magna, acris, & mordax in toto corpore, vbi vero in febribus, humores putreſcant, & ſint corrupti, cum per illorum putrefactionem, & mortificationem extinguatur naturalis calor, qui in ſanguine reperitur, quid mirum ſi totum corpus refrigeratur?

Et hac ratione in Febribus Peſtilentibus vniuerſum corpus refrigeratur, & corpora, quæ laborant febre peſtilenti, ad tactum ſentiuntur frigida, vel adeo temperata in calore vt videantur non febricitare, quod quidem eſt ſignum certum & Patognomonicum febris peſtilentis: & corruptionis humorum. In alijs vero febribus, vt in tertiana, quotidiana &c. in quibus magnus ſentitur calor, ſignum eſt, humores non eſſe corruptos, ſed tantum alteratos, & excalefactos plus iuſto, eo quia ſi caliditas magna, acris, mordax argueret in febribus putredinem humorum, vt communiter creditur, ergo in tertiana, & ſinoco, in quibus maior ſentitur caliditas extranea, & mordax quã in febre peſtilenti, maior reperiretur putredo, quod tamen eſt falſum præſertim in ſinoco ſine putredine ergo fatendum erit, quod quo maior caliditas ſentitur in febribus, ſignum eſt, ibi nullam adeſſe corruptionem, & ſicuti ſinocus putridus & non putridus, diſtinguuntur ratione putredinis, eo quia in non putrido, humores ſunt tãtum excalefacti plus iuſto ſed non putreſcunt, vbi vero putreſcant, febris illa ſinocha fit putrida ſic docet, Gal.

& com-

& communis opinio, ergo ſecũdum communem opinionem poterit accendi febris in humoribus, ex eorundem ſola excalefactione, etiam quod non putreſcant, non erit igitur abſurda noſtra opinio, dum dicimus, quod febres quę vulgo putridæ dicuntur, oriantur ex ſola ſuper excalefactione humorum, non autem ex eorum putredine. *9. meth. med. cap. 4.*

Poteſt etiam hoc idem confirmari, ex nominis ethimologia, cum febris dicta ſit à feruore, & non à putredine, quare dari poterit febris, ex ſola excalefactione humorum ſine putredine.

Confirmatur tertio, quoniam ſicuti fit febris ephemera, ex ſola excalefactione ſpirituum, hectica, vbi partes ſolidę tantum incaleſcant, abſque vlla putredine, & quare non poterit etiam in humoribus accendi febris ex ſola eorum ſuper excalefactione, abſque vlla putredine?

An in febribus peſtilentibus, ac putridis, in peſte, in veneno, ac morſu ſerpentum, conueniat ſanguinis miſſio. Cap. II.

Ratio dubitandi, an in febribus putridis conueniat mittere ſanguinem, eſt quoniam fatetur Gal. ſaluberrimum eſſe, in omni febre putrida, mittere ſanguinem: immo in ſinoco putrido, docet mittendum eſſe ſanguinem, vſq; ad animi deliquium, & dicit ſiquidem eorum, qui ex ſola obſtructione febrici- *10. Meth. med.* *9. Meth. Med c 4.* *11. Meth. Med. c. 14.*

bricitarent nemo in putredinis febrem incidit, qui prius ſanguinem miſerat, & alibi qui ex putredine humorum febricitat, mittendus ſtatim ſanguis eſt.

11. Meth. Med. c. 14. Contrarium tamen docet idẽ Gal. dum dicit, nec obſtructio, nec putredo, curari poſſunt ſanguinis miſſione, vt quę alia remedia deſiderent, hæc Gal. ſi ergo putredo non deſiderat ſanguinis miſſionem, ergo nec febres putridæ, vt quæ ortum ducunt ex humoribus putreſcentibus, expoſtulant ſanguinis miſſionem, ſed alia remedia.

Et ſi dicatis vos, & qua ratione factum eſt, vt putredini, & humoribus putreſcentibus, nõ conueniat flebotomia. Reſpondeo hoc eſſe, quoniam Putredo nihil aliud eſt, quàm extinctio naturalis caloris, & reſolutio ſpirituum, tunc enim res putreſcunt quando extinguitur eorum naturalis calor, & ſpiritus reſoluũtur, & ideo res putridæ, & corruptę frigidę ſunt, quoniam extinctus eſt eorum calo & ſpiritus reſoluti, & ſicuti calor, & ſpiritus præſeruant corpora noſtra à putredine, cum vita conſiſtat in calido, ita quoque vbi extinguitur calor, & reſoluuntur ſpiritus, corpora putreſcunt, & cadunt ad interitum, vti diximus de febre peſtilenti ex ijs dicatis, quod ſi humores ideo putreſcunt, quoniã extinguitur eorum naturalis calor, & ſpiritus reſoluuntur ergo quo magis extinguetur eorum calor, citius, & magis etiam putreſcunt, ſed ſanguinis miſſio refrigerat ſanguinem, quoniam per

Auctoris ratio. Ex Gal. 11. Meth. Med. c. 8.

Cap. 1.

9. Meth. Med c. 4.

flebotomiam reſoluuntur ſpiritus, & imminuitur naturalis calor, vnde & vires debiliores fiunt, ideo ſi mittatur ſanguis in febre putrida, humoribus exiſtentibus putridis, augetur, eorum putredo.

Quod etiam videtur innuere Gal. dum loquitur de ſanguinis miſſione, ſic dicit, Porro in continentibus febribus quæ ex meatuum ſtipatione accenduntur quoniam valida plerunque virtus eſt citra periculum, vacuatio adhibetur, in alijs vero morbis, maxime eſt periculoſa, veluti ſi ea forte incidit in corruptione humorum Hæc Gal. *9 met. c. 10*

Tertio Augetur difficultas cum Gal. doceat quomodo curandi ſint putreſcentes humores, & ſic dicit, quod iam corruptum eſt omni ratione vacuantes, reliquum motibus moderatis & refrigerante per ſpiratu, ad exactam ſymmetriam reducentes, ac vacuationem quidem illius per vrinam, deiectiones, vomitum, ac ſudores moliemur: & infra ſic dicit, quomodo ſingulis ſit opitulandum, initium à putredine, quà totum corpus occupat quæ ipſas continuas febres quas ſinocos vocant excitat, faciemus: ergo à corporibus, quæ ſic afficiuntur expellenda, quę putruerunt per vrinas & aluum, & ſudorem ſunt, & etiam per vomitum, ſi ad os ventriculi ſua ſponte impetum capiant, aliter autem non eſt quod ea pręter naturam irrites; quibus verbis docet Gal. putreſcentes humores vacuandos eſſe, aut per vrinam, aut per vomitum & non *11. meth. med. c. 8.* *Cap. 9. in principio.*

alio modo ergo nõ per ſanguinis miſſionem.

Quid ergo dicendum ſit, in re tam graui, ac difficili, vt tueamur ſententiam Gal. non video, niſi forſan dicamus loqui Gal. de copioſa ſanguinis miſſione, & vſque ad animi deliquium, virtute pręſertim exiſtente debili, quaſi diceret Gal. non niſi in ſinocho conuenit mittere ſanguinem vſque ad animi deliquium quoniam virtus plerunque valida eſt in cæteris febribus talis flebotomia eſt maxime periculoſa, & ideo non negat Gal. his verbis in cęteris febribus mittẽdum eſſe ſanguinem, ſed negat mittendum eſſe vſque ad animi deliquium præſertim ſi virtus debilis ſit. Quare ſecundum communem ſentẽtiam dicendum eſt ad difficultatem, quod vbi ſit notabilis putredo, non eſt mittendus ſanguis, vſq; ad animi deliquium, cum ex tali copioſa euacuatione, debilitatur virtus, vt non poſſit concoquere, & reſiſtere putredini, quod ſi ipſam virtutem poſt illam copioſam flebotomiam fouere volueris, cogeris, intempeſtiue cibare, quod erit cauſa maioris putredinis, & ideo in febre ſinocha ſine putredine, in qua tantum humores incipiant putreſcere, conuenit ſanguinis miſſio vſq; ad animi deliquium ſed vbi iam facta fuerit omnino putrida, non amplius conuenit. Et ſi dicatis vos mittit ſanguinem Galenus, vſque ad animi deliquium in carbũculis, in quo tamen adeſt maxima putredo; duobus modis reſponderi poteſt, primo ſi dicamus, quod vbi putredo

9. Meth. c. 10. *14. Meth. Med. c. 10.*

totum

totum corpus occupat, & ſit in omnibus venis, vt in febre peſtilenti &c. Non competit mittere ſanguinem vſq; ad animi deliquium ſed vbi maſſima putredo occupat tantũ vnam partem, ad quam humores vehementiſſime fluunt, vt in tumoribus, & imminet periculum maſſimi doloris, aut ne pars corrumpatur à nimia, & multa fluxione, tunc conuenit flebotomia vſque ad animi deliquium, vel ſecundo dicatis quod Gal. in principio carbunculi, quando non multa adeſt putredo docet mittendum eſſe ſanguinem vſque ad animi deliquium, ratione reuulſionis, non autem ratione euacuationis, quoniam materia illa corrupta, quæ reperitur in carbunculo, non poteſt, nec debet euacuari ſanguinis miſſione, dicendum eſt igitur, quod materia exiſtente omnino corrupta, & iam putrefacta, non conuenit flebotomia, ſed in principio quando adhuc eſt in fieri, & in putrefieri, conuenit flebotomia, & ideo docet Gal. in omni magna inflammatione, mittendum eſſe ſanguinem vſque ad mutationem coloris excepto ſi virtus ſit debilis, aut phlegmone maligna, dum ſic dicit, non tamen omni ex parte hanc mutationem expectare oportet, verum accidit interdum, vt ante quam hæc fiat ceſſandum ſit duabus de cauſis; quod virtus ſit imbecilla, aut phlegmone maligna, ergo Gal. in phlegmone maligna mittit ſanguinẽ non tamen vſque ad animi deliquium, & mutationem coloris.

Lib. de curandi ratione per ſang. miſſ. c. 14.

Non

Non laudo hanc communem ſententiam, & pro maiori declaratione conſiderandum eſt primo, an putredini, & putreſcentibus humoribus conueniat ſanguinis miſſio.

Ad quam difficultatem. Reſpondeo non conuenire non ſolum, ea ratione, qua dicebamus quoniam cum ex miſſione ſanguinis imminuatur naturalis calor reſoluātur ſpiritus, vnde humores citius, & facilius corrumpuntur; Sed ſecundo dico non conuenire ratione virium. Cum enim in materia putrida ac corrupta a mala, & putrida & venenoſa eius qualitate, vires ſuccumbant, imminuantur, & debiliores fiant, vt nos comprobauimus, vbi erat ſermo de febre peſtilenti, & hac ratione in omnibus febribus peſtilentibus, & maligais, in peſte, in veneno, in morſu ſerpentis, vires proſternuntur, & redduntur debiliſſimæ, quare non ſunt aptæ poſſe bene tollerare ſanguinis miſſionem. & ſi mittatur ſanguis, etiā quod mittatur in pauca copia, cum ſemper per fleботomiam reſoluantur ſpiritus, & imminuatur naturalis calor, ideo & vires debiliores redduntur, quare à debili virtute erit impoſſibile, vt humor peccans, putridus, & peſtilens poſſit concoqui & ſuperari à natura, quoniam cum ſit adeo prauus non poteſt cōcoqui, niſi à virtute valida, & forti, ſed ſemper cum tali materia, virtus eſt debilis, & ſi debilior fiat ſanguinis miſſione, tanto minus apta erit, poſſe morbum cōcoquere, quare natura ſuperata a morbo ſuccumbet, & æger morietur.

tur.

tur. Concludamus igitur, quod in Febre Peſtilenti, in veneno, vires ſemper ſunt fouendæ & hac ratione ſecundum communem ſententiam, in febribus peſtilentibus, conuenit victus paulo plenior, vt vires, quæ per ſe ſunt debiles, conſeruentur, & augeantur, ſi ergo vires vt augeantur, indigent victu pleno, quare ergo erunt imminuendę ſanguinis miſſione? Et ſi dicatis eadem ratione, in nullo morbo conueniret flebotomia, cum in omni morbo vires debiliores fiant. Reſpondeo quod in nullo morbo, vires adeo proſternuntur, & imminuuntur, ſicut in peſtilenti, & corrupta materia, Et cum materia peſtilens, venenoſa, & corrupta, ſit magis praua & deterior, quam cęteri humores, qui pariunt alios morbos, ita quoque indiget validiori, & fortiori virtute, ad eius concoctionem, velut ei reſiſtat natura, ne cæteros humores corrumpat, & ideo maius imminet periculum ſi imminuatur virtus in morbo peſtilenti, venenoſo, ac mali moris, quam ſi imminuatur in cæteris morbis.

Tertio Dico, quod in morbis peſtilentibus ac in materia venenoſa, ac corrupta, & putrida, non eſt mittendus ſanguis, non ſolum ratione virium, ſed etiam ratione humoris peccantis, ideſt ratione putredinis, & peſtilentiæ, ſeu veneni: vt comprobauimus ſupra.

Sed hic occurrit duplex difficultas.

Prima ſi iſta poſitio eſt vera, quod in febri-

bus peſtilentibus, & pendentibus ab humoribus corruptis, non conueniat ſanguinis miſſio, & quomodo ſi cum febre peſtilenti, adſit phreneſis, vel ſomnolentia, applicamus hirudines naribus, & ano, cum maximo iuuamento & venam ſecamus.

Secundo Augetur difficultas, quoniam in omni febre putrida, immo in ſingulis febribus, mittimus ſanguinem, cum maxima vtilitate, & ſine vllo nocumento: Reſpondeo ad primum quod licet illa ſanguinis euacuatio, non conueniat humori putrido, & peſtilenti, quia tamen illa materia peſtilens, & corrupta petit caput, & tranſmittitur ad partem principem, vbi apta eſt parere ſæuiſſima ſimptomata, vt phreneſim, aut ſomnolentiã, &c. ideo reuellenda eſt ad oppoſitam, & ignobiliorem partem, quare ratione reuulſionis cõueniunt hirudines in tali caſu, & licet ex tali euacuatione, ſequatur nocumentum, quia vires imminuuntur, & humores magis putreſcunt, maius tamen eſt iuuamentum, quod ſequitur, ne materia illa feratur ad membrum principale.

Cap. 1. Ad ſecundum reſponſum eſt alibi, quod febres, quæ vulgo putridæ dicuntur, non ſunt putridæ, nec ortum ducunt ex putredine humorum, ſed ex eorum tantum excalefactione ideo tuto in illis mittimus ſanguinem: Sed in febribus putridis quoniam (vt ibi diximus) omnis febris putrida eſt peſtilens, & mali moris, nunquam conuenit mittere ſanguinem

ratione euacuationis niſi forſan aliquando ratione reuulſionis, eo modo quo diximus ad primam difficultatem, & ſi quis audeat in febre peſtilenti mittere ſanguinem, & bene vertat dicatis hoc eſſe per accidens, ſicuti per accidēs eſt, vt quis ſumat venenum, & tamen nullum, aut paucum ſentiat nocumentum, Similiter, & valde per accidens, vt æger vtatur inordinata victus ratione, multos comictat errores & tamen ſanatur, ſat tamen eſt non conuenire mittere ſanguinem, primo quia eſt contra rationem, vt demonſtrauimus ſecundo eſt contra experientiam, cum ſæpiſſime, & cum maxima diligentia obſeruaui, fere omnes fuiſſe mortuos, in quibus fuit ſecta vena, aut non niſi longo tempore fuiſſe ſanatos, & cum maximo periculo, cum flebotomia in prædictis caſibus, ducat hominem ad interitum, vel ſaltim ad maximū diſcrimen.

Sit igitur iſta concluſio, quod vbi humores putreſcunt, non debent euacuari ſanguinis miſſione, & quo maior eſt putredo, tanto minus conuenit ſanguinis miſſio, licet communis opinio & Galenus contrarium ſentiat qui docet ſaluberrimum eſſe, in omni febre putrida, mittere ſanguinem, quamuis ſecundum noſtram ſententiam, febres iſte, in quibus Gal. & communiter ſecant venam, non ſint putridæ, ſed ortum tantum ducant ex humorum excalefactione, ideo ex tali ſanguinis miſſione iuuantur, & non lęduntur, ſicuti maſſime læderentur ſi eſſent putridæ. *Cap. de febre peſtilenti.*

Sed ſi dicatis vos, quod putridum eſt debet euacuari, ſi ergo ſanguis putreſcat, cum non poſſit euacuari purganti medicamento, quoniam non datur medicamentum euacuãs ſanguinem, ergo debet euacuari ſanguinis miſſione.

Reſpondeo quod ſi ſanguis putreſcat ſeparatus à maſſa ſanguinea, in aliqua particulari parte, vti contingit in tumoribus præter naturam, tunc iſte ſanguis putridus, poterit euacuari, non ſanguinis miſſione ſecta vena, ſed facta inciſione in parte affecta, & aperto tumore, vbi non euacuatur, niſi ſolus ſanguis corruptus.

Sed ſi putredo ſit in venis, & maſſa ſanguinea, tunc dico, quod ſi eſſet poſſibile euacuare ſolũ ſanguinem putridum, ac corruptum, tunc dico, quod conueniret & optimum eſſet, ſed cum in venis ſanguis corruptus, mixtus ſit cum bono, ideo nõ poteſt educi malus, quin educatur bonus & cum ex tali euacuatione, imminuatur calor, & ſpiritus, vt diximus, ideo citius ſanguis optimus putreſcet: ergo dicetis vos iſte ſanguis corruptus in venis, nõ debet euacuari.

Reſpondeo quod id quod non poteſt fieri ab arte, fit à natura & cum iſte ſanguis non debeat euacuari ſanguinis miſſione, nec poſſit medicamento, euacuatur ab ipſa natura, aut per ſenſibilem aliquam euacuationem, aut per inſenſibilem tranſpirationem & immanifeſtam euacuationem.

An

An in Febre Peſtilenti, vtendum ſit victu pleno, vel tenui. Cap. III.

GRauiſſima oritur difficultas, an in morbis Peſtilentibus, conueniat victus, tenuis.

Ratio dubitandi eſt, quoniam morbus peſtilens, eſt morbus extremus, & peracutus, ergo indiget tenuiſſimo victu: antecedens eſt notum, quoniam habet ſęuiſſima accidentia, docet enim Hipocr. cognoſcere morbi magnitudinem, ex ſæuitia, & magnitudine ſimptomatum, conſequentia eſt Hipoc. vbi morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, quare tenuiſſimo victu vtendum eſt. *Primo aphi 7.* *Primo aph. 6. 7.*

Contrarium tamen communiter creditur, quod in morbis peſtilentibus, conueniat victus plenus, duabus de cauſis, primo ratione virium quæ debiles, & imbeccillæ ſunt factæ à mala qualitate Peſtilentis humoris: ſecundo ratione peccantis humoris, vt copioſus cibus mixtus humori venenoſo, & Peſtilenti, remittat ſuam malam qualitatem; ſi enim Peſtilentes ſumant in maſſima copia cibum boni ſucci & optimi nutrimenti, præſertim ſi habeat vim reſiſtendi prauitati, & Peſtilentiæ tunc multus ſanguis optimus, ac perfectiſſimus generatus ex aſſumpto optimo alimento, mixtus in venis cum ſanguine corrupto, & Peſtilenti, poteſt tollere, aut ſaltem remittere prauam qualitatem ſanguinis corrupti,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ideo cibandi ſunt victu pleno; quam quidem
3. epid. cō. ſententiam videtur fuiſſe Hipoc. dum docet,
3. text. 59. quod in ea Peſtilenti conſtitutione, omnes cibos faſtidiebant, & ibi Gal. in com. dicit, qui erant fortiſſimi, & vim ſibi faciebant aſſumendo cibum ſibi oblatum, & viriliter commedebant, omnes fere ſanabantur, cum ergo doceat hic Hipoc. & Gal. quod in ea peſtilentia, qui plus commedebant ſanabantur, videntur aſſerere, quod in morbo Peſtilenti non conueniat cibus tenuis, ſed plenus.

5. aph. com. 17. Confirmatur, quoniam Gal. in tertia regula ſic dicit, ſi virtus ſit valida cum defectu, vel corruptione humorum, in tali caſu cibandus eſt ęger multum & ſæpe, multum quia virtus valida potens eſt concoquere multā copiam alimentorum, ſæpe ex inanitione bonorum humorum ideſt optimi ſanguinis. Cum ergo humores fuerint corrupti, tunc cibandum eſt multum, & ſæpe, quoniam cum talia corpora non habeant internum nutrimentum, quo poſſint nutriri, cum ſanguis qui continetur in venis putridus ſit, & Peſtilens, ideo ineptus ad nutritionem, hac ratione factum eſt vt talia corpora, in quibus humores ſint corrupti indigeant externo, & copioſo cibo, ſed in morbis Peſtilentibus humores ſunt corrupti, ergo plurimum ſunt cibandi, quod etiam in prima regula ibi docet Gal. dum dicit ſi in ſocrate egrotante virtus ſit debilis, ex mala qualitate, & corruptione humorum peccantium, cibandum eſt ſæpe, & parum, parum

quia

quia virtus cum ſit debilis non potens eſt con coquere multam copiam alimentorum, ſæpe vero ex inopia, & defectu intrinſeci alimenti ſanguis enim cum ſit malus, & corruptus, nõ eſt aptus nutrire ideo talia corpora deſiderãt & egẽt externo alimento, vt cibo, & potu, quo poſſint nutriri: debet tamen medicus animaduertere, vt aſſumpta alimẽta non ſolũ ſint optimi nutrimenti, ſed etiã habeant vim reſiſtendi malæ qualitati peccantis humoris, vt exhibendo iuſcula alterata, cũ oxalide ſonco, &c. miſcendo ferculis Bezoartica, & ea quæ apta ſint reſiſtere putredini: ſecunda vtilitas, quæ ſequitur ex aſſumpto alimento in multa copia in morbo Peſtilenti, talis eſt, quoniam cum virtus ex inopia nutrimenti, & optimi ſanguinis facta ſit debilis, & languida, nunc ab aſſumpto copioſo cibo roborata, & fortior facta facilius, & melius poterit concoquere peccantes humores, & illos reducere ad benignum.

Ad rationem vero in oppoſitum adductã, poſſumus reſpondere, ſententiã Hipoc. quod in morbis peracutis vtendum ſit tenuiſſimo victu, non eſſe vniuerſaliter veram de omnibus morbis peracutis, ſed ſolum de illis peracutis, qui ortum ducunt à plenitudine humorum, in iſtis enim vtendum eſt tenuiſſimo victu, ſed de peracutis, qui oriuntur ex humorũ corruptione, vt ſunt morbi peſtilentes, excluduntur ab iſto apho: nec eſt verum, quod in illis vtendum ſit tenuiſſimo victu. Quare co

Braſſauola Hieremias triuerius. 1. aph. cõ. 7. Cardanus aph. 1 0.

Oddus primo a ph. com. 7.

gor damnare illorum ſententiam, qui vt tueantur hanc communem ſententiam, reſpondent ad argumentum, quod licet omnes morbi extremi, & peracuti, indigeant tenuiſſimo victu, tamen morbus peſtilens, cũ non ſit extremus, nec peracutus, ideo non eſt mirum ſi non indigeat tenuiſſimo victu: falſa tamen eſt iſta ſententia, quoniam morbus peſtilens cum ſtatim habeat grauiſſima, & ſæuiſſima accidentia, ergo eſt morbus peracutus, conſequentia eſt Hipoc. qui ex magnitudine, & ſæuitia ſimptomatum docet, cognoſcere morbi magnitudinem, & eſſe extremum, & peracutum, dum dicit vbi morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores.

1. aph. 7.

Tutius tamẽ eſt aſſerere, ſententiã Hipoc. eſſe vniuerſaliter intelligendã de omni morbo peracuto, eo quia notum erat lippis, & tõſoribus, quod morbis acutis ex plenitudine, conueniat tenuiſſimus victus, & eo magis cũ ratio cur morbis acutis conueniat tenuis, & tenuiſſimus victus, vt vbi docet Gal. eſt ne diſtrahatur natura à concoctione morbi, eadẽ igitur ratione, in morbis peſtilentibus conuenit tenuiſſimus victus, cum enim natura valde ſit occupata circa concoctionem humoris peſtilentis, & magis quam in alijs morbis, tãto minus erit diſtrahenda, & cum maxime diſtrahitur cibo & potu, ideo vtendum erit tenuiſſimo victu, vt minus diſtrahatur, ſi enim in peſtilentibus vtamur victu pleno, cum ſit impoſſibile, vt ſimul, & ſemel natura poſſit o-

pti-

ptime concoquere aſſumpta alimẽta in multa copia, & peccantes humores, ideo neceſſe eſt, vt natura, aut diſtrahatur à coctione morbi, vt concoquat cibum, vel vt cencoquat humores, diſtrahitur à coctione alimentorum, & ſic ex cibo indigeſto, quam plurima generantur excrementa, quæ morbum augent, iſta enim eſt ratio, cur morbis magnis, & peracutis conueniat tenuiſſimus victus, ne pro coctione alimentorum diſtrahatur natura a coctione humoris peccantis

Confirmatur hoc idẽ, quoniam victus plenus non eſt victus ægrorum, ſed ſanorum, vt docet Gal. dum ſic dicit, in ægrotantibus autem raro, fit vt vires, quam inuenerimus, maiores, reddamus, ſed ferè ſemper operam damus, vt in longis quidem morbis, eaſdem retineamus, ac tueamur. In acutis vero modice imminutas conſeruemus, nam ſi in ijs ſemper, vel quales accepimus ſeruare, vel etiam augere ſtuduerimus, morbum proculdubio augebimus: hęc Gal. Dicatis igitur, quod cũ victus plenus, vires augeat, vt ibi docet Gal. ergo non cõpetit morbis peſtilentibus, quod clarius infra ſic dicit. Nunc itaque ſat ſit meminiſſe, in omnibus morbis, qui intra primã ſeptimanam terminantur, ſi vires validę ſint, in perpetua inedia ægrum eſſe continendũ, in quibus autem criſis prima hebdommada non ſit ſuperatura valida exiſtente virtute, ſolo vtendũm eſſe melicrato, quæ victus eſt ratio tenuiſſima: Si vero non ſatis fidimus viribus

1. aph. com. 4.

eod. com.

2.drat. nu. 46.47. 51. bus Ptiſſanæ ſucco vtamur, &c. hoc idẽ docet Hipoc dum dicit ingens ſiquidem malũ eſt ſi ob laborem,morbique acumen imbecillitato, porrexerit quis potum, vel ſorbitionẽ copioſiorem, vel exculentum, imbecillitatẽ eam ex vaſorum inanitione contigiſſe arbitratus,hęc Hipo.& ibi Gal.in com.dicit, qui ob dolorem,vel morbi acumen,parum valentem facultatem habent,vacuatione interdum magis,quam repletione indigent, immo qui cibum his exhibet,maximũ adfert detrimentum, hæc Gal.cùm igitur in morbo peſtilenti,vires debiles ſint,ob morbi ſæuitiam, non conuenit victus plenus,& quod hic loquatur Hipoc.' de febre peſtilenti, & mali moris videatis Gal. in com. 47.

Confirmatur, quoniam corpora impura quando magis nutries, tanto magis lædes, ſed laborantes peſte, & febre peſtilenti, ſunt corpora impura, ergo quanto magis nutries, tanto magis lædes: minor probatur, quia sũt corpora cachochima,de quib' principaliter ibi Hipoc. vt ibi docet Gal. in quibus adeſt corruptio humorum: nec eſt verũ, quod ab optima qualitate alimentorum, remittatur prauitas humorum,vt ibi dicit Gal. immo,vt ibi dicit Filoteus,talia corpora quãto magis nutries, tanto magis lædes, quoniã ſicuti pura aqua in coeno, ita fedatur cibus à malis humoribus:& ibi Oribaſius dicit,finge aquam turbidam,huic ſi multam immiſceris aquam puram,totam inficies, & in putridam,

2.aph.com. 10.

con-

conuertes, ita ſunt corpora humana, ſi fuerit parua putredo, quantumcumque dederis cibum, totus in putredinem conuertitur, ideo non ſunt cibanda, ſed euacuanda, hęc Oribaſius. Ad rationes vero in oppoſitū adductas Reſpondeatis, & ad primum dico, quod indicatione ſumpta à morbo peſtilenti, cum ſit morbus peracutus, indiget tenuiſſimo victu, ſi tamē im morbo peſtilēti vires ſint adeo debiles, vt non ſint aptæ tueri tenuiſſimo victu, tunc in iſto caſu dico, quod ratione virium, debemus vti victu paulo pleniori, nec hoc eſt contra noſtram ſententiam, quoniam vires debiles, non ſolum in morbo peſtilenti, ſed in omni morbo extremo, & magno, indigent victu paulo pleniori. Ad ſecundum dico, quod ſi conueniret victus plenus, vt tolleret, ſeu remitteret prauitatem, & malam qualitatē ſanguinis peſtilentis, ergo eadem ratione, conueniret victus plenus omnibus febribus putridis, & humoralibus, quod tamen eſt falſum. Dicatis igitur, quod licet victus plenus aliquantulum iuuaret, ea ratione qua probat argumentum, cum tamen diſtraheret naturam, à cōcoctione humoris peccantis, vt diximus, ideo maius ſequeretur nocumentum ex tali copioſa cibatione, quam iuuamentum, & eo magis cum ſupponit argumentum, quod in morbo peſtilēti vires debiles ſunt, quare nec aptę erunt, poſſe cōcoquere victum plenum, vnde ex tali copioſa cibatione, quāplurima generabuntur excrementa, & cruditates, quæ

morbum

2. aph. 10. morbum augent. Immo dicatis, quod ſequitur totum oppoſitum, vt docet Gal. non ſunt multum cibanda corpora, in quibus humores ſunt corrupti, & ſic dicit Gal. Cibi ſubeũtes corpora non prius mundificata, corrumpuntur à malis humoribus, quorum quantitas neceſſe eſt, vt augmentetur, & qualitas nõ mutetur: ex quibus verbis docet à victu pleno, non remitti mala qualitas humorum, imò augetur.

3. epid. com 3. tex. 59. Reſpondeo ad auctoritatem Hipoc. quod ibi non docet Hipoc. in morbo peſtilenti cõpetere victum plenum, ſed cum in illa peſtilenti conſtitutione, appetitus eſſet adeo corruptus & quaſi abolitus, vt ægri pęnitus nihil comederent, ob maximam inappetentiam, ideo moriebantur potius ex inedia, & fame, quam vi morbi, ideo dicit Hipoc. quod illi, qui viriliter comedebant, & cogebant ſe ad comedendum, ſanabantur, non quod doceat Hipoc. his verbis, nutriendos eſſe tales ægrotantes, qui laborabant peſtilẽti morbo victũ pleno, atque copioſo, ſed dicit, qui cogebant ſe, & viriliter comedebant victum ſibi proportionatum, & conuenientem morbo peracuto, & peſtilenti, illi ſanabantur: ſed addatis vos, morbo peſtilenti cum ſit peracutus, conuenit victus tenuis, ergo quaſi diceret Hipo. in illa peſtilenti corruptione, illi ſanabãtur, qui cogebant ſe ad viriliter comedendum victum ſibi conuenientem, dummodo non excederet tenuitatem.

Ad

Ad locum Gal. reſpondeo, quod regula illa Galeni patitur grauiſſimam difficultatem, nec ab omnibus recipitur, eo quia in morbis acutis quo virtus validior eſt, eo tenuiori indigemus nutrimento, quoniam corpora impura quanto magis nutries, tanto magis lædes: quod ſi tueri velimus Galenum dicatis, regulam Galeni veram eſſe, indicatione ſumpta à virtute, cibandum eſſe ſæpe, & multum, cum virtus valida copioſiori indiget alimento, pro ſui conſeruatione, & cum in tali caſu propoſito in tertia regula à Gal. totus ſãguis ſit corruptus, & ideo ex illo non poteſt bene natura nutriri, hinc factum eſt, vt ex inopia, & defectu intrinſeci nutrimenti, nempe optimi ſanguinis, indiget externo cibo in maxima copia: indicatione tamen ſumpta à morbo, non erit vera quoniam in morbis acutis, quo virtus fortior eſt, vt poſſit perdurare vſq; ad iudicium, & ſtatum vniuerſalem, eo magis cõuenit tenuiſſimus victus, vt docet idem. Gal.

Gal. 1. aph 17. 2. aph. 10. 1. aph. 4. 5.

1. aph. com. 4. & 5.

An chartæ, in quibus ſcribitur, peſtem in accipientium perniciem effundant: Et an eædem a peſtilenti loco datæ, euitari debeant.

Quæue remedia, ac diligentiæ genera, ad noxam, qua huiuſmodi chartæ afficiũtur arcendam, adhiberi poſſint. Cap. IIII.

DVbitari ſolet, an charta poſſit alterari & affici peſte, ita vt tempore peſtis recipiendæ

piendæ ſint litteræ, nec ne à loco peſtilenti: Ratio dubitandi eſt, quoniam cum charta ſit in ſubſtantia tenuiſſima, & puriſſima, non videtur poſſe ſuſcipere virulentiam, & peſtilentem qualitatem.

Dicatis tamen ad quæſitum, chartam facile poſſe recipere peſtilentem, & venenoſam qualitatem.

Quam quidem ſententiam ſic cōprobare poſſumus, eo quia omne, quod putreſcit, aptum eſt recipere peſtilentem, & venenoſam qualitatem, ſed charta putreſcit ergo: maior eſt de ſe nota, quia peſtilentia ortum ducit ex putredine, immo nihil aliud eſt, quā magna, & extrema putredo: minor probatur experiētia, cum charta putreſcat, & corrumpatur: Si ergo dicetis vos, quia charta obnoxia eſt corruptioni, ideo poteſt alterari à peſte, & quomodo apta erit recipere venenoſam, & malā illam qualitatem? Reſpondeo quod cū actio non recipiatur niſi in paſſo bene diſpoſito, ita quoque factum eſt, vt ſecundum variam, & diuerſam diſpoſitionem materiæ, & ſubiecti, corpora diuerſimode ſoleant alterari, & commutari, & prout corpora ſunt magis rara, & tenuiora facilius, & citius ſolent alterari, & recipere quamcumq; alterationem, ſicut aer ſuſcipit omnes alterationes, ob ſui raritatē, & Hipoc. fatetur, quod inter omnes aquas pluuialis, quia leuiſſima eſt, & rara, facile incaleſcit, & refrigeratur, immo Paulus ægineta reddit rationem, cur aqua pluuialis facillime

lib. de aere aquis, & locis.

lib. 1. c. 50.

ſime putreſcat, quia leuiſſima eſt & rara.

Corpora vero grauia, cum dura ſint, & denſa, difficillime alterantur, vbi tamen fuerint alterata, ita vt ſint excalefacta, vel refrigerata, vel alteram ſuſceperint alterationem, & qualitatem, ſicut in iſtis corporibus, non niſi cum maxima difficultate, & longo tempore introduci ſolent primę, vel ſecundæ qualitates, ita quoque diutius, & longiori tempore conſeruantur, quod quidem non cõtingit in corpore læui, & raro, eo quia ſicut citiſſime incaleſcit, citiſſime etiam refrigeratur, nec longo tẽpore conſeruantur qualitates, in eo intrnductæ, exẽplo ſit vobis ipſa cæra, quæ quamuis recipiat facillime omnes imagines, & impreſſiones, ibi tamen diutius non conſeruantur, ſed in ære, & auro, licet nõ niſi cum maxima difficultate imprimatur figura, vbi tamen fuerit impreſſa, diutius conſeruatur.

Ex his ergo reſpondeo ad quæſtionem, quod charta cum in ſubſtantia ſit leuiſſima, & rara, ita quoque eſt apta, poſſe de facili ſuſcipere, omnem & quamcunque alterationem, quod quidem oſtendit experientia, in primis, & ſecundis qualitatibus, quando chartha ipſa, non ſolum facillime incaleſcit & refrigeratur, redditur humida, & ſicca, ſed citiſſime ſuſcipit odorem, à fumo, redditur nigra, aeri nocte expoſita madeſcit, & fit mollis, ſicuti in die exiccatur, & capiti ſuperimpoſita, vel pectori, & thoraci, attrahendo craſſa ex-

crementa

crementa tertiæ concoctionis à furfure & ſor
de alteratur, & redditur non ſolum nigra ſed
fetida.

Hæc omnia nobis demonſtrant, chartam
facillime alterari, & ſuſcipere omnem quali-
tatem tum primas tum ſecundas. multo ma-
gis credendum erit, poſſe recipere Peſtilentē
venenoſam & prauam qualitatem, quæ qui-
dem virulentia & venenoſa qualitas, cum ſit
magis ſpiritualis, quam primæ, aut ſecundæ
qualitates, ita quoque facilius, & citius apta
erit penetrare & ingredi vniuerſam ſubſtan-
tiam ipſius chartæ. quam primæ, aut ſecundę
qualitates.

Secundo Comprobatur hoc idem, quo-
niam ſi ab ipſa Peſtilentia, aer & ſpiritus red
duntur peſtilentes, cum detur aer Peſtilens, &
ſpiritus, & flatus Peſtilentes, multo magis
ipſa charta, poterit alterari. & fieri peſtilens,
& venenoſa, conſequentia probatur quia pu-
treſcere, & corrumpi, conuenit tantum corpo
ribus mixtis, cum corpora ſimplicia non pu-
treſcant, nec corrumpantur, ergo quo corpus
erit magis ſimplex, minus erit aptum putre-
ſcere, quare ſi ſpiritus & aer putreſcunt, & red
duntur Peſtilentes, qui tamē puriores, & ſim
pliciores ſunt quam charta, quanto magis cre
dendum erit, chartam poſſe alterari, & fieri
Peſtilentem?

Habemus igitur chartam facillime poſſe
ſuſcipere venenoſam & Peſtilentem qualita-
tem. Nunc reliquum eſt animaduertere, &

quo-

& quomodo charta tempore peſtis reddi poſſit peſtilens & venenoſa, ita vt litteræ non ſint recipiendæ, à loco? Reſpondeo hoc fieri poſſe dupliciter, primo per ſe ſecundo per accidens, per ſe adhuc dupliciter aut ratione materiæ, vel ratione formæ, ſed per accidens triplici modo contingit, vt litteræ peſtilentes ſint & venenoſę, primo ratione atramenti, quo vtimur in ſcribendo, ſecundo ratione ceræ, qua litteræ clauduntur, tertio ratione ligamenti, quo inuicem litteræ coniunguntur, & inuoluuntur.

Quoad primum ratione materiæ dicimus chartam poſſe recipere venenoſam, & peſtilẽtem qualitatẽ, eo quia charta cõficitur ex materia putrida, & corrupta, vel ſaltim ex materia quæ de facili apta eſt corrumpi, & putreſcere, nempe ex linteis, & pannis laneis putridis, & corruptis, qui quidem licet plurimas patiantur mutationes, & alterationes, antequam recipiant formam chartæ, ſeruant tamen propriam materiam, fomitem, & aptitudinem ad putredinem, vel ſaltim talis materia, ex qua fit charta, eſt in cauſa, vt charta ipſa, ſit valde ſuſpecta, ratione ſuæ materiæ, ne facile poſſit alterari & recipere malam, & venenoſam illam putredinem.

Secundo ratione Formę, cum leuiſſima ſit, & rara, quam facillime poterit etiam ſuſcipere, omnem malam qualitatem, eo modo, quo diximus ſupra.

Per accidẽs vero, litteræ poſſunt reddi peſti-

lẽtes,tripliciter primo, ratione atramẽti, quò ſcribuntur litteræ, cum enim atramentum ſit materia magis craſſa, & humida, quam charta, ita quoq; poterit corrumpi, & putreſcere, & recipere venenoſam, & peſtilentem qualitatẽ, ſicuti recipit, & primas, & ſecundas qualitates, quod ſi dicatis atramentum reſiſtere putredini, & corruptioni cum fiat ex materia frigida, & ſicca, quæ apta eſt reſiſtere putredini; Poterimus reſpondere, quod & ſi minus ſit obnoxium corruptioni quam charta, non tamen expers eſt putredinis, docet enim experientia atramentum corrumpi & putreſcere.

Secundo ratione cæræ, qua vtimur in ſigillandis litteris, quæ quidem nulli dubium eſt, quod eſt aptiſſima recipere omnem malam, & peſtilentem qualitatem, & illam diutius conſeruare, quam charta.

Tertio Hoc idem preſtant, fili, & ligamenta, quibus inuoluuntur litteræ, quæ ratione ſuæ materiæ facillime putreſcunt, & recipiũt omnem venenoſam qualitatem.

Concludamus igitur, quod tempore peſtilentiæ, nõ ſint recipiẽdę Littere, à loco Peſtilenti, cũ dupliciter alterari poſſint, & recipere venenoſam, & peſtilentẽ qualitatem, per ſe & per accidens, eo modo, quo diximus, quia periculum eſt, ne per contactũ, peſtem pariãt & nos inficiant. Quomodo vero, ex ſolo contactu hoc poſſint parere, dicatis, eodẽ modo, quo per contactum lues venerea, ſcabies, lepra &c. ſimilia, inficiunt, & lædunt, & tangẽtẽ

affi-

afficiunt, & marcidũ, & corruptum pomũ ex ſolo contactu, tangendo, cætera poma corrumpit, & ſicut per ſolum contactum tangendo corpora calida, aut frigida vel bene, aut male odorata, reddimur calidi; aut frigidi, bene aut male olentes, eadem, & ſimili ratione tangendo chartam peſtilẽtem, aut quid ſimile, per ſolum, & ſimplicem contactum, efficimur peſtilẽtes, quod quidem contingit in peſte, ob extremam putrefactionem, & venenoſam qualitatem, & ſummam virulentiam, quę per poros noſtræ cutis, & per partem poſt partem iſta venenoſa qualitas delata ad maſſam humoralem, & ad ſubſtantiam cordis, illam inficit, & corrumpit.

Quæ igitur remedia, ac diligentiæ genera ad noxam; qua huiuſmodi chartę, ſeu litteræ afficiuntur arcendam, adhiberi poſſunt?

Reſpondeo quod ſicuti charta, ob maſſimã ſui raritatem, facillime apta eſt ſuſcipere omnem malam & venenoſam qualitatem, ita quoque, ob eandem ſui leuitatem apta eſt alterari, & deperdere peſtilentem, & malam omnem qualitatem: quare ſicut facillime, & citiſſime alteratur, ita quoq; nec diutius, nec longo tempore conſeruare poteſt, ſuſceptam qualitatem, & alterationem, cum nullam habeat corpulentiam, & craſſitiem.

Quibus igitur præſidijs, remouenda erit iſta venenoſa, & peſtilens qualitas, vt deueniam ad ſecundum quæſitum.

Indubitatum quidem eſt, facilius peſtilen-

tiam afferre poſſe, plures chartas & litteras, ſimul vni faſciculo inuolutas, quam ſingulas ſeiunctas, & ſeparatas: includitur enim magno, ac denſo voluminio corpori, tenacior, ac diuturnius duratura contagio, quæ in actu reſerationis, perſtrictos emitendo vapores, eos qui illas tangent, ac legent magis offendere valet, & propterea, vt minus timendum eſſet, curandum in primis fore conſulerem, vt huiuſmodi litteræ ſeparatim mitterentur, & ſemel tantum plicarentur, ac dimidiam partem chartæ, vnica complicatio contineret, non autem, vt fieri ſolet pluries; complicitæ torquerentur, quanto enim laxior, & amplior eſſet complicatio tanto maior, & commodior daretur vaporum exhalatio, qui auræ, aerique expoſiti, reſolui, & malignitatem deponere poſſent.

Secundo Prohiberi vellem, ne litteræ deferrentur manticis, ſiue peris, & corycijs clauſæ, ſed ſtanneis: aut, & eis capſulis, & arculis: ac præciperem, vt latores quotidie ſi modo bis ſingulis diebus fieri nequiret, illas extraherent, & aeri exponerent, ac prope ignem, qui ad putredinis expurgationem; præpotens eſt, aliquo temporis ſpatio detineret.

Tertio Nollem litteras cera, ſed abſque aliqua materia, ne tanto comodior contagio locus daretur obſignari.

Quarto, ſi litteras colligari neceſſe eſſet, id non lini canapiſue, cum vtraq; materia facile

cile corrumpatur, & noxam alat, ſed æreo filo, qui ob ſui duritiem magis corruptioni reſiſtit, & rarius afficitur illas inuolui conſulerem.

Poſtremo autem, poſt quam litteræ, ad locum quo deſtinatæ ſunt peruenerint, vellem vt prius quam acciperentur, extra Ciuitatem ingens accenderetur cupreſſi, ſiue abietis, aut oleæ lignorum ignis, prope illum aperirentur, ac magno temporis ſpatio, ibidem retinerentur, eidemque igni, thus, mirrha; & alia optime olentia inijcerentur: & deinde, eædem litteræ aqua vita aſpergerentur. Hæc autem omnia triduo tali ordine mane, & veſperi per ſingulos dies repeterentur; ac demum roſeo aceto valde acuto, litteras ſatis aſperſas, ab aere per duorum aliorum dierum ſpatium apertas, exiccari vellem: licet proculdubio, huiuſmodi litterarum commercium, tanquam admodum periculoſum tollere tutius foret.

Omnis febris, tam Ephemera, tam putrida, quam hectica, eſt calor prꝑter naturam accenſus, & incalefacto eſſe in ſubſtantia cordis non autem in ſpiritibus, aut in humoribus, vt perperam communiter creditur. Cap. X.

CVm nobis agendum ſit de tribus generibus febriũ Diaria, humorali, & hectica, quomodo fiant, & inuicem diſtiguantur: videndum erit primo quid ſentiat cõmunis opi-

nio: Secundò propriam, & particularem noſtram opinionem declarabimus, quę ſi cum maſſima diligentia, & ſine maleuolentia, à vobis fuerit bono, & loeto animo conſiderata, ſpero futuram eſſe gratiſſimam:

Secundum communem opinionem, diſtinguuntur iſta tria genera febrium ratione ſubiecti, & ſicuti corpora noſtra componuntur ex triplici ſubſtantia, vt ſpiritibus, humoribus, & partibus ſolidis, ita quoque factum eſt, vt cum Febris ſit calor præter naturam, ſi iſta caliditas extranea, & præter naturam ſit accenſa in ſpiritibus, ita vt ſpiritus excalefacti ſint plus iuſto, dicitur febris ephemera, ſeu Diaria, cuius quidem ſubiectum, ſunt ſpiritus: & quoniam ſpiritus continentur in ſiniſtro cordis ventriculo, in quo ex puriori parte ſanguinis, & aere attracto generantur: & inde poſtea deferuntur per arterias, ad vniuerſum corpus, hinc etiam factum eſt, quod vbi ſpiritus exiſtentes in ſiniſtro cordis ventriculo, excalefacti fuerint, magis quam par ſit, & in eis introducta fuerit caliditas extranea, & præter naturam ſtatim accenditur febris ephemera: quare ſecundum communem opinionem Febris Ephemera eſt calor extraneus, & præter naturam, accenſus in ſpiritibus exiſtentibus in ſiniſtro cordis ventriculo, & cum non poſſit eſſe febris, niſi cor patiatur, & caliditas illa perueniat ad cor, ideo licet in ephemera, ſpiritus illi ſint

1. De diff. feb. c. 1. 2. de criſ. c. 13

incalefacto eſſe, ab iſta caliditate ſpirituum tranſmictitur aliqua caliditas ad cor & ſic cor eſt in calefieri, & non in calefacto eſſe in febre ephemera. Vnde ſubiectum huius febris, ſunt ſpiritus exiſtentes in ſiniſtro cordis ventriculo, & non ipſum cor, cum ſit tantum in calefieri, & non in calefacto eſſe.

Iſta tamen communis opinio, patitur, & ſuas difficultates, eo quia non eſt verum, quod ſpiritus exiſtentes in ſiniſto cordis ventriculo ſint ſubiectum febris ephemeræ, nec quod Febris Ephemera, ſit caliditas preter naturam, accēſa in ſpiritibus, quod quidē ſic probatur.

Primo ſi hoc eſſet verum ergo febris ephemera non eſſet morbus: conſequentia probatur, quoniā ex ſententia Gal. morbus eſt paſſio corporis viuentis, & partis animatę (inanimata.n.& non viuentia, nullū patiūtur morbum, nec dicuntur ſubiectum morbi, vel alicuius affectus) ſed ſpiritus non ſunt animati, nec ſunt partes viuentes, aut animatæ corporis humani, ergo non poſſunt dici ſubiectum ipſius febris, nec eorum caliditas præter naturam, potuit dici febris. *1. Meth. med. c. 8. et 9. 1. De diff. morb. c. 2. 2. meth. med. c. 1. 2. de criſ. cap. 2.*

Secundo Caliditas præter naturam accēſa in ſpiritibus, non lædit actionem primo & per ſe, ergo non eſt morbus ergo nec febris, conſequentia eſt nota, quia morbus, & febris eſt affectus præter naturā, lædens actionem, primo, & per ſe: antecedens probatur quoniā actiones, ſunt partiū viuentium, & cū ſpiritus nullam habeāt propriam actionem, & opera-

tionem, ideo quantum vis ſpiritus vitales incaleſcant, & accendantur, niſi temperamentũ partium noſtri corporis lædatur nunquam lęduntur actiones, vnde excalefactio ſpirituum non lædit primo & per ſe actiones, quia ergo calor febrilis accenſus in ſpiritibus, non lędit actiones primo & per ſe ſed ſecundario; prout deſtruit temperamentum partium ſimilarium, ideo non erit morbus: ſed de febre humorali, quid ſentiat commuuis opinio, dicatis ſecundum communem ſententiam, humores eſſe ſubiectum huius febris, caliditas enim pręter naturam, accenſa in humoribus, dicitur febris humoralis, vbi enim humores excalefacti fuerint plus debito, ſtatim putreſcunt, quibus putreſcentibus, accenditur febris, quæ dicitur putrida: & licet in febre putrida, humores ſint in calefacto eſſe, cum ab iſtis humoribus excalefactis, atque putreſcentibus, eleuentur vapores putridi, & calidi, qui delati ad ipſum cor, ſunt in cauſa, vt ſubſtantia ipſius cordis in febribus putridis incaleſcat, & ſit in calefieri, non autem in calefacto eſſe.

Hinc etiam neceſſario ſequitur, quod cum morbus, & febris ſit affectus permanens, & non in fieri, ideo in febre ephemera, & putrida caliditas præter naturam quæ in corde non eſt permanens, nec in facto eſſe, ſed ſolum, in fieri non poteſt, dici morbus, nec febris, ſed tantum caliditas illa, præter naturam, quæ in ephemera permanens

eſt,

eſt,& in calefacto eſſe in ſpiritibus, in putrida vero febre in humoribus, dicetur febris, & affectus præter naturam: ſed non ſolum hanc difficultatem patitur communis opinio ſed eaſdem quas patitur febris Ephemera, eo quia cum humores nō ſint animati, nec partes viuentes noſtri corporis, nec propriam habeant actionem, quæ primo & per ſe lædi poſſit ex eorum putredine, ergo non poſſunt dici ſubiectum Febris Putridæ, ergo caliditas extranea accenſa in humoribus, non erit morbus, nec febris, cum non lędat primo & per ſe actionem, niſi prout deſtruit temperamentū partium ſimilarium, quod vbi fuerit vitiatū, tunc primo & per ſe læduntur actiones.

Tertio. Caliditas præter naturam accenſa in humoribus, eſt cauſa ipſius febris putridæ, ergo non eſt febris, quia ſi humores ſunt cauſa efficiens, ergo non poſſunt eſſe ſubiectum illius, probatur quia materia, & efficiēs reſpectu eiuſdem nunquam coincidunt.

Nec valet ſi dicatis, ſpiritus, & humores exiſtentes in ventriculis cordis, eſſe partes noſtri corporis, & ipſius cordis, quod videtur aſſerere Gal. dum dicit, quod vbi ventriculi ipſius cordis, fuerint generati, & in vno ſint ſpirit⁹, in altero humores, ſtatim cor incipit pulſare, ex quibus verbis diceretis vos, ergo ſi cor non pulſat, antequam in eius ventriculis ſint ſpiritus, & humores, ergo ſpiritus, & humores ſunt partes eſſentiales ipſius cordis. Reſpondeo nō valere hanc conſequentiam, cor *lib. de fetus format. c. 3*

non

1. aph. 10. morbum augent. Immo dicatis, quod ſequitur totum oppoſitum, vt docet Gal. non ſunt multum cibanda corpora, in quibus humores ſunt corrupti, & ſic dicit Gal. Cibi ſubeũtes corpora non prius mundificata, corrumpuntur à malis humoribus, quorum quantitas neceſſe eſt, vt augmentetur, & qualitas nõ mutetur: ex quibus verbis docet à victu pleno, non remitti mala qualitas humorum, imꝗuo augetur.

3. epid. com 3. tex. 59. Reſpondeo ad auctoritatem Hipoc. quod ibi non docet Hipoc. in morbo peſtilenti cõpetere victum plenum, ſed cum in illa peſtilenti conſtitutione, appetitus eſſet adeo corruptus & quaſi abolitus, vt ægri penitus nihil comederent, ob maximam inappetentiam, ideo moriebantur potius ex inedia, & fame, quam vi morbi, ideo dicit Hipoc. quod illi, qui viriliter comedebant, & cogebant ſe ad comedendum, ſanabantur, non quod doceat Hipoc. his verbis, nutriendos eſſe tales ægrotantes, qui laborabant peſtilẽti morbo victu pleno, atque copioſo, ſed dicit, qui cogebant ſe, & viriliter comedebant victum ſibi proportionatum, & conuenientem morbo peracuto, & peſtilenti, illi ſanabantur: ſed addatis vos, morbo peſtilenti cum ſit peracutus, conuenit victus tenuis, ergo quaſi diceret Hipo. in illa peſtilenti corruptione, illi ſanabãtur, qui cogebant ſe ad viriliter comedendum victum ſibi conuenientem, dummodo non excederet tenuitatem.

Ad locum Gal. reſpondeo, quod regula illa Galeni patitur grauiſſimam difficultatem, nec ab omnibus recipitur, eo quia in morbis acutis quo virtus validior eſt, eo tenuiori indigemus nutrimento, quoniam corpora impura quanto magis nutries, tanto magis lædes: quod ſi tueri velimus Galenum dicatis; regulam Galeni veram eſſe, indicatione ſumpta à virtute, cibandum eſſe ſæpe, & multum, cum virtus valida copioſiori indiget alimento, pro ſui conſeruatione, & cum in tali caſu propoſito in tertia regula à Gal. totus sãguis ſit corruptus, & ideo ex illo non poteſt bene natura nutriri, hinc factum eſt, vt ex inopia, & defectu intrinſeci nutrimenti, nempe optimi ſanguinis, indiget externo cibo in maxima copia: indicatione tamen ſumpta à morbo, non erit vera quoniam in morbis acutis, quo virtus fortior eſt, vt poſſit perdurare vſq; ad iudicium, & ſtatum vniuerſalem, eo magis cõuenit tenuiſſimus victus, vt docet idem. Gal. Gal. 1. aph 17. 2. aph. 10. 1. aph. 4. 5. 1. aph. com. 4. & 5.

An chartæ, in quibus ſcribitur, peſtem in accipientium perniciem eſſundant: Et an eædem a peſtilenti loco datæ, euitari debeant.

Quæue remedia, ac diligentiæ genera, ad noxam, qua huiuſmodi chartæ afficiũtur arcendam, adhiberi poſſint. Cap. IIII.

DVbitari ſolet, an charta poſſit alterari & affici peſte, ita vt tempore peſtis recipiendæ

piendæ ſint litteræ, nec ne à loco peſtilenti: Ratio dubitandi eſt, quoniam cum charta ſit in ſubſtantia tenuiſſima, & puriſſima, non videtur poſſe ſuſcipere virulentiam, & peſtilentem qualitatem.

Dicatis tamen ad quæſitum, chartam facile poſſe recipere peſtilentem, & venenoſam qualitatem.

Quam quidem ſententiam ſic cõprobare poſſumus, eo quia omne, quod putreſcit, aptum eſt recipere peſtilentem, & venenoſam qualitatem, ſed charta putreſcit ergo: maior eſt de ſe nota, quia peſtilentia ortum ducit ex putredine, immo nihil aliud eſt, quã magna, & extrema putredo: minor probatur experiẽtia, cum charta putreſcat, & corrumpatur: Si ergo dicetis vos, quia charta obnoxia eſt corruptioni, ideo poteſt alterari à peſte, & quomodo apta erit recipere venenoſam, & malã illam qualitatem? Reſpondeo quod cũ actio non recipiatur niſi in paſſo bene diſpoſito, ita quoque factum eſt, vt ſecundum variam, & diuerſam diſpoſitionem materiæ, & ſubiecti, corpora diuerſimode ſoleant alterari, & commutari, & prout corpora ſunt magis rara, & tenuiora facilius, & citius ſolent alterari, & recipere quamcumq; alterationem, ſicut aer ſuſcipit omnes alterationes, ob ſui raritatẽ, & Hipoc. fatetur, quod inter omnes aquas pluuialis, quia leuiſſima eſt, & rara, facile incaleſcit, & refrigeratur, immo Paulus ægineta reddit rationem, cur aqua pluuialis facillime

lib. de aere aquis, & locis.

lib. 1. c. 50.

lime putreſcat, quia leuiſſima eſt & rara.

Corpora vero grauia, cum dura ſint, & denſa, difficillime alterantur, vbi tamen fuerint alterata, ita vt ſint excalefacta, vel refrigerata, vel alteram ſuſceperint alterationem, & qualitatem, ſicut in iſtis corporibus, non niſi cum maxima difficultate, & longo tempore introduci ſolent primę, vel ſecundæ qualitates, ita quoque diutius, & longiori tempore conſeruantur, quod quidem non cõtingit in corpore læui, & raro, eo quia ſicut citiſſime incaleſcit, citiſſime etiam refrigeratur, nec longo tẽpore conſeruantur qualitates, in eo intrnductæ, exẽplo ſit vobis ipſa cæra, quæ quamuis recipiat facillime omnes imagines, & impreſſiones, ibi tamen diutius non conſeruantur, ſed in ære, & auro, licet nõ niſi cum maxima difficultate imprimatur figura, vbi tamen fuerit impreſſa, diutius conſeruatur.

Ex his ergo reſpondeo ad quæſtionem, quod charta cum in ſubſtantia ſit leuiſſima, & rara, ita quoque eſt apta, poſſe de facili ſuſcipere, omnem & quamcunque alterationem, quod quidem oſtendit experientia, in primis, & ſecundis qualitatibus, quando chartha ipſa, non ſolum facillime incaleſcit & refrigeratur, redditur humida, & ſicca, ſed citiſſime ſuſcipit odorem, à fumo, redditur nigra, aeri nocte expoſita madeſcit, & fit mollis, ſicuti in die exiccatur; & capiti ſuperimpoſita, vel pectori, & thoraci, attrahendo craſſa ex-

crementa tertiæ concoctionis à furfure & ſor de alteratur, & redditur non ſolum nigra ſed fetida.

Hæc omnia nobis demonſtrant, chartam facillime alterari, & ſuſcipere omnem qualitatem tum primas tum ſecundas. multo magis credendum erit, poſſe recipere Peſtilentē venenoſam & prauam qualitatem, quæ quidem virulentia & venenoſa qualitas, cum ſit magis ſpiritualis, quam primæ, aut ſecundæ qualitates, ita quoque facilius, & citius apta erit penetrare & ingredi vniuerſam ſubſtantiam ipſius chartæ. quam primæ, aut ſecundę qualitates.

Secundo Comprobatur hoc idem, quoniam ſi ab ipſa Peſtilentia, aer & ſpiritus redduntur peſtilentes, cum detur aer Peſtilens, & ſpiritus, & flatus Peſtilentes, multo magis ipſa charta, poterit alterari, & fieri peſtilens, & venenoſa, conſequentia probatur, quia putreſcere, & corrumpi, conuenit tantum corporibus mixtis, cum corpora ſimplicia non putreſcant, nec corrumpantur, ergo quo corpus erit magis ſimplex, minus erit aptum putreſcere, quare ſi ſpiritus & aer putreſcunt, & redduntur Peſtilentes, qui tamē puriores, & ſimpliciores ſunt quam charta, quanto magis credendum erit, chartam poſſe alterari, & fieri Peſtilentem?

Habemus igitur chartam facillime poſſe ſuſcipere venenoſam & Peſtilentem qualitatem. Nunc reliquum eſt animaduertere, &

& quomodo charta tempore peſtis reddi poſ ſit peſtilens & venenoſa,ita vt litteræ non ſint recipiendæ,à loco? Reſpondeo hoc fieri poſſe dupliciter, primo per ſe ſecundo per accidens,per ſe adhuc dupliciter aut ratione materiæ,vel ratione formæ,ſed per accidens triplici modo contingit, vt litteræ peſtilentes ſint & venenoſę, primo ratione atramenti, quo vtimur in ſcribendo, ſecundo ratione ceræ, qua litteræ clauduntur, tertio ratione ligamenti,quo inuicem litteræ coniunguntur, & inuoluuntur.

Quoad primum ratione materiæ dicimus chartam poſſe recipere venenoſam,&peſtilẽtem qualitatẽ, eo quia charta cõficitur ex materia puttida,& corrupta,vel ſaltim ex materia quæ de facili apta eſt corrumpi, & putreſcere,nempe ex linteis,& pannis laneis putridis, & corruptis, qui quidem licet plurimas patiantur mutationes, & alterationes, antequam recipiant formam chartæ, ſeruant tamen propriam materiam, fomitem, & aptitudinem ad putredinem,vel ſaltim talis materia,ex qua fit charta,eſt in cauſa,vt charta ipſa,ſit valde ſuſpecta, ratione ſuæ materiæ,ne facile poſſit alterari & recipere malam,& venenoſam illam putredinem.

Secundo ratione Formę,cum leuiſſima ſit,& rara,quam faciliime poterit etiam ſuſcipere, omnem malam qualitatem,eo modo, quo diximus ſupra.

Per accidẽs vero,litteræ poſſunt reddi peſti

létes,tripliciter primo, ratione atraméti,quô ſcribuntur litteræ, cum enim atramentum ſit materia magis craſſa, & humida, quam charta, ita quoq; poterit corrumpi, & putreſcere, & recipere venenoſam, & peſtilentem qualitaté, ſicuti recipit, & primas,& ſecundas qualitates, quod ſi dicatis atramentum reſiſtere putredini, & corruptioni cum fiat ex materia frigida, & ſicca, quæ apta eſt reſiſtere putredini;Poterimus reſpondere, quod & ſi minus ſit obnoxium corruptioni quam charta, non tamen expers eſt putredinis,docet enim experientia atramentum corrumpi & putreſcere.

Secundo ratione cæræ, qua vtimur in ſigillandis litteris,quæ quidem nulli dubium eſt, quod eſt aptiſſima recipere omnem malam, & peſtilentem qualitatem, & illam diutius conſeruare,quam charta.

Tertio Hoc idem preſtant,fili, & ligamenta, quibus inuoluuntur litteræ, quæ ratione ſuæ materiæ facillime putreſcunt, & recipiũt omnem venenoſam qualitatem.

Concludamus igitur,quod tempore peſtilentiæ, nõ ſint recipiédę Littere,à loco Peſtilenti, cũ dupliciter alterari poſſint, & recipere venenoſam, & peſtilenté qualitatem,per ſe & per accidens, eo modo,quo diximus,quia periculum eſt,ne per contactũ, peſtem pariãt & nos inficiant. Quomodo vero,ex ſolo contactu hoc poſſint parere, dicatis,eodẽ modo, quo per contactum lues venerea, ſcabies, lepra &c. ſimilia,inficiunt,& lædunt,& tangẽtẽ

affi-

afficiunt, & marcidũ, & corruptum pomũ ex ſolo contactu, tangendo, cætera poma corrumpit, & ſicut per ſolum contactum tangendo corpora calida, aut frigida vel bene, aut male odorata, reddimur calidi, aut frigidi, bene aut male olentes, eadem, & ſimili ratione tangendo chartam peſtilẽtem, aut quid ſimile, per ſolum, & ſimplicem contactum, efficimur peſtilẽtes, quod quidem contingit in peſte, ob extremam putrefactionem, & venenoſam qualitatem, & ſummam virulentiam, quę per poros noſtræ cutis, & per partem poſt partem iſta venenoſa qualitas delata ad maſſam humoralem, & ad ſubſtantiam cordis, illam inficit, & corrumpit.

Quæ igitur remedia, ac diligentiæ genera ad noxam; qua huiuſmodi chartę, ſeu litteræ afficiuntur arcendam, adhiberi poſſunt?

Reſpondeo quod ſicuti charta, ob maſſimã ſui raritatem, facillime apta eſt ſuſcipere omnem malam & venenoſam qualitatem, ita quoque, ob eandem ſui leuitatem apta eſt alterari, & deperdere peſtilentem, & malam omnem qualitatem: quare ſicut facillime, & citiſſime alteratur, ita quoq; nec diutius, nec longo tempore conſeruare poteſt, ſuſceptam qualitatem, & alterationem, cum nullam habeat corpulentiam, & craſſitiem.

Quibus igitur præſidijs, remouenda erit iſta venenoſa, & peſtilens qualitas, vt deueniam ad ſecundum quæſitum.

Indubitatum quidem eſt, facilius peſtilen-

tiam afferre poſſe, plures chartas & litteras, ſimul vni faſciculo inuolutas, quamſingulas ſeiunctas, & ſeparatas: includitur enim magno, ac denſo voluminio corpori, tenacior, ac diuturnius duratura contagio, quæ in actu reſerationis, perſtrictos emitendo vapores, eos qui illas tangent, ac legent magis offendere valet, & propterea, vt minus timendum eſſet, curandum in primis fore conſulerem, vt huiuſmodi litteræ ſeparatim mitterentur, & ſemel tantum plicarentur, ac dimidiam partem chartæ, vnica complicatio contineret, non autem, vt fieri ſolet pluries; complicitæ torquerentur, quanto enim laxior, & amplior eſſet complicatio tanto maior, & commodior daretur vaporum exhalatio, qui auræ, aerique expoſiti, reſolui, & malignitatem deponere poſſent.

Secundo Prohiberi vellem, ne litteræ deferrentur manticis, ſiue peris, & corycijs clauſæ, ſed ſtanneis: aut, & eis capſulis, & arculis: ac præciperem, vt latores quotidie ſi modo bis ſingulis diebus fieri nequiret, illas extraherent, & aeri exponerent, ac prope ignem, qui ad putredinis expurgationem; præpotens eſt, aliquo temporis ſpatio detineret.

Tertio Nollem litteras cera, ſed abſque aliqua materia, ne tanto comodior contagio locus daretur obſignari.

Quarto, ſi litteras colligari neceſſe eſſet, id non lini canapiſue, cum vtraq; materia facile

cile corrumpatur, & noxam alat, ſed æreo filo, qui ob ſui duritiem magis corruptioni reſiſtit, & rarius afficitur illas inuolui conſulerem.

Poſtremo autem, poſt quam litteræ, ad locum quo deſtinatæ ſunt peruenerint, vellem vt prius quam acciperentur, extra Ciuitatem ingens accenderetur cupreſſi, ſiue abietis, aut oleæ lignorum ignis, prope illum aperirentur, ac magno temporis ſpatio, ibidem retinerentur, eidemque igni, thus, mirrha, & alia optime olentia inijcerentur, & deinde, eædem litteræ aqua vita aſpergerentur. Hæc autem omnia triduo tali ordine mane, & veſperi per ſingulos dies repeterentur; ac demum roſeo a ceto valde acuto, litteras ſatis aſperſas, ab aere per duorum aliorum dierum ſpatium apertas, exiccari vellem: licet proculdubio huiuſmodi litterarum commercium, tanquam admodum periculoſum tollere tutius foret.

Omnis febris, tam Ephemera, tam putrida, quam hectica, eſt calor preter naturam accenſus, & incaleſacto eſſe in ſubſtantia cordis non autem in ſpiritibus, aut in humoribus, vt perperam communiter creditur. Cap. V.

CVm nobis agendum ſit de tribus generibus febriū Diaria, humorali, & hectica, quomodo fiant, & inuicem diſtiguantur: videndum erit primo quid ſentiat cōmunis opi-

 nio

nio: Secundo propriam, & particularem noſtram opinionem declarabimus, quę ſi cum maſſima diligentia, & ſine maleuolentia, à vobis fuerit bono, & loeto animo conſiderata, ſpero futuram eſſe gratiſſimam:

Secundum communem opinionem, diſtinguuntur iſta tria genera febrium ratione ſubiecti, & ſicuti corpora noſtra componuntur ex triplici ſubſtantia, vt ſpiritibus, humoribus, & partibus ſolidis, ita quoque factum eſt, vt cum Febris ſit calor præter naturam, ſi iſta caliditas extranea, & præter naturam ſit accenſa in ſpiritibus, ita vt ſpiritus excalefacti ſint plus iuſto, dicitur febris ephemera, ſeu Diaria, cuius quidem ſubiectum, ſunt ſpiritus: & quoniam ſpiritus continentur in ſiniſtro cordis ventriculo, in quo ex puriori parte ſanguinis, & aere attracto generantur: & inde poſtea deferuntur per arterias, ad vniuerſum corpus, hinc etiam factum eſt, quod vbi ſpiritus exiſtentes in ſiniſtro cordis ventriculo, excalefacti fuerint, magis quam par ſit, & in eis introducta fuerit caliditas extranea, & præter naturam ſtatim accenditur febris ephemera: quare ſecundum communem opinionem Febris Ephemera eſt calor extraneus, & præter naturam, accenſus in ſpiritibus exiſtentibus in ſiniſtro cordis ventriculo, & cum non poſſit eſſe febris, niſi cor patiatur, & caliditas illa perueniat ad cor, ideo licet in ephemera, ſpiritus illi ſint

1. De diff. feb. c. 1. 2. de criſ. c. 13

inca-

incalefacto eſſe, ab iſta caliditate ſpirituum transmictitur aliqua caliditas ad cor & ſic cor eſt in calefieri, & non in calefacto eſſe in febre ephemera. Vnde ſubiectum huius febris, ſunt ſpiritus exiſtentes in ſiniſtro cordis ventriculo, & non ipſum cor, cum ſit tantum in calefieri, & non in calefacto eſſe.

Iſta tamen communis opinio, patitur, & ſuas difficultates, eo quia non eſt verum, quod ſpiritus exiſtentes in ſiniſto cordis ventriculo ſint ſubiectum febris ephemeræ, nec quod Febris Ephemera, ſit caliditas præter naturam, accẽſa in ſpiritibus, quod quidẽ ſic probatur.

Primo ſi hoc eſſet verum ergo febris ephemera non eſſet morbus: conſequentia probatur, quoniã ex ſententia Gal. morbus eſt paſſio corporis viuentis, & partis animatę (inanimata.n.& non viuentia, nullũ patiũtur morbum, nec dicuntur ſubiectum morbi, vel alicuius affectus) ſed ſpiritus non ſunt animati, nec ſunt partes viuentes, aut animatæ corporis humani, ergo non poſſunt dici ſubiectum ipſius febris, nec eorum caliditas præter naturam, potuit dici febris.

1. Meth. med. c. 8. et 9.
1. De diff. morb. c. 2.
2. meth. med. c. 1.
2. de criſ. cap. 2.

Secundo Caliditas præter naturam accẽſa in ſpiritibus, non lædit actionem primo & per ſe, ergo non eſt morbus ergo nec febris, conſequentia eſt nota, quia morbus, & febris eſt affectus præter naturã, lædens actionem, primo, & per ſe: antecedens probatur quoniã actiones, ſunt partiũ viuentium, & cũ ſpiritus nullam habeãt propriam actionem, & opera-

 tionem,

tionem, ideo quantum vis ſpiritus vitales incaleſcant, & accendantur, niſi temperamentũ partium noſtri corporis lædatur nunquam lędunturactiones, vnde excalefactio ſpirituum non lædit primo & per ſe actiones, quia ergo calor febrilis accenſus in ſpiritibus, non lędit actiones primo & per ſe ſed ſecundario; prout deſtruit temperamentum partium ſimilarium, ideo non erit morbus: ſed de febre humorali, quid ſentiat commuuis opinio, dicatis ſecundum communem ſententiam, humores eſſe ſubiectum huius febris, caliditas enim pręter naturam, accenſa in humoribus, dicitur febris humoralis, vbi enim humores excalefacti fuerint plus debito, ſtatim putreſcunt, quibus putreſcentibus, accenditur febris, quæ dicitur putrida: & licet in febre putrida, humores ſint in calefacto eſſe, cum ab iſtis humoribus excalefactis, atque putreſcentibus, eleuentur vapores putridi, & calidi, qui delati ad ipſum cor, ſiunt in cauſa, vt ſubſtantia ipſius cordis in febribus putridis incaleſcat, & ſit in calefieri, non autem in calefacto eſſe.

Hinc etiam neceſſario ſequitur, quod cum morbus, & febris ſit affectus permanens, & non in fieri, ideo in febre ephemera, & putrida caliditas præter naturam quæ in corde non eſt permanens, nec in facto eſſe, ſed ſolum, in fieri non poteſt, dici morbus, nec febris, ſed tantum caliditas illa, præter naturam, quæ in ephemera permanens

eſt,

eſt,& in calefacto eſſe in ſpiritibus, in putrida vero febre in humoribus, dicetur febris, & affectus præter naturam: ſed non ſolum hanc difficultatem patitur communis opinio ſed eaſdem quas patitur febris Ephemera, eo quia cum humores nõ ſint animati, nec partes viuentes noſtri corporis, nec propriam habeant actionem, quæ primo & per ſe lædi poſſit ex eorum putredine, ergo non poſſunt dici ſubiectum Febris Putridæ, ergo caliditas extranea accenſa in humoribus, non erit morbus, nec febris, cum non lędat primo & per ſe actionem, niſi prout deſtruit temperamentũ partium ſimilarium, quod vbi fuerit vitiatũ, tunc primo & per ſe læduntur actiones.

Tertio. Caliditas præter naturam accenſa in humoribus, eſt cauſa ipſius febris putridæ, ergo non eſt febris, quia ſi humores ſunt cauſa efficiens, ergo non poſſunt eſſe ſubiectum illius, probatur quia materia, & efficiẽs reſpectu eiuſdem nunquam coincidunt.

Nec valet ſi dicatis, ſpiritus, & humores exiſtentes in ventriculis cordis, eſſe partes noſtri corporis, & ipſius cordis, quod videtur aſſerere Gal. dum dicit, quod vbi ventriculi ipſius cordis, fuerint generati, & in vno ſint ſpirit⁹, in altero humores, ſtatim cor incipit pulſare, ex quibus verbis dicetis vos, ergo ſi cor non pulſat, antequam in eius ventriculis ſint ſpiritus, & humores, ergo ſpiritus, & humores ſunt partes eſſentiales ipſius cordis. Reſpondeo nõ valere hanc conſequentiam, cor *lib. de fetus format. c. 3*

non

non pulſat ſine illis, ergo ſunt eius partes eſſentiales. Secundo dico, ꝙ licet neceſſario requirantur ad cordis conſtitutionē, nō tamen valet dicere, ergo ſunt partes viuentes, & animatæ, humores enim tanquam materia, & nutrimentum neceſſarij ſunt in corpore noſtro, & ſpiritus vt inſtrumentum, & ſubiectum naturalis caloris, non tamen valet dicere, ergo ſunt animati, ſicuti & oſſa ſunt partes noſtri corporis, & tamen communiter creditur non eſſe animata. Dico igitur in forma ad argumentum, quod licet ſpiritus, & humores exiſtentes in ventriculis cordis ſint partes ipſius cordis, non tamen ſunt animatæ, nec viuentes, nec propriam habent actionem quæ primo, & per ſe poſſit lædi, ex eorum excalefactione, & vitio

Quod ſi alio modo reſpōdeatis ad noſtras rationes, dicendo, quod licet in Diaria febri febris ſit in calefacto eſſe in ſpiritibus, in putrida in humoribus, cor vero ſit tantum in calefieri, tamen febris non dicitur ſola illa caliditas accenſa in ſpiritibus, vel in humoribus, ſed eſt tantum illud aggregatum caloris, ꝙ eſt in calefacto eſſe in ſpiritibus, vel in humoribus, & in calefieri in ipſo corde, & quoniam hoc totum eſt paſſio ipſius cordis, quia ſi non ſit paſſio cordis ratione caliditatis in calefacto eſſe in ſpiritibus, & humoribus, erit paſſio ipſius, prout eſt in accendi, & in calefieri in ipſo corde.

Sed nec iſta ſolutio tollit difficultatem. nō

ſolum quia febris, eſt calor ſimplex, & non cõpoſitus ex diuerſis caloribus exiſtentibus in diuerſis ſubiectis, toto genere diſtinctis, ſed dato, & non conceſſo, quod hoc eſſet verum tamen caliditas febrilis, quæ tantum in fieri eſt in ſubſtantia cordis, & non in calefacto eſſe non poteſt vllo modo, dici morbus, nec febris, & ratio eſt, quoniam ex ſententia Gal. morbus eſt affectus permanens in facto eſſe, & non in fieri, ille autem dicitur affectus permanens quando remanet, licet remota fuerit cauſa, ſed caliditas præter naturam, que per ſe reperitur in corde in febre Diaria, & putrida, non eſt permanens, cũ ſit in fieri, ergo non erit morbus, nec febris: ſed cum per te caliditas iſta febrilis ſit tantum permanens, & in calefacto eſſe in ſpiritus in Diaria, & in humoribus in putrida febre, ergo ſecundum cõmunem opinionem ſola caliditas præter naturam accenſa in ſpiritibus, & in humoribus, dicitur febris, non autem illa, quæ eſt in accendi, & in fieri in ſubſtantia cordis.

2. meth. med cap. 3. 1. de loc. aff. cad. 3. 11. meth. t. 12.

Quid ergo dicendum in re tam graui, Reſpondendum igitur erit, ſecundum propriam & particularem ſententiam, quę & ſi fuerit cõtra Gal. erit tamen adeo rationabilis, vt digna ſit conſiderari à docto, & erudito viro, ſine maleuolentia, & moleſt a.

Dico igitur, quod cor, ſicut & cæteræ partes noſtri corporis, cõponitur ex triplici ſubſtantia, vt docet Gal. primo enim in corde ſunt partes ſolidæ, quę ex ſemine in primo or-

10. meth. med. cap. 1. Authoris opinio.

tu generantur,& ſunt veluti filamẽta,& ſtamina,& vbi aliquo vitio deperduntur, non amplius regenerantur. Secundo eſt alia ſubſtantia,quæ carnea dicitur, & iſta ſubſtantia, replet omnes cauitates,quæ mediant inter partes ſolidas. Tertio ſunt ſpiritus: quare partes omnes noſtri corporis componuntur ex partibus ſolidis, carnoſis, & ſpiritibus.

Ex his dico, quod febris omnis eſt accenſa, & in calefacto eſſe, in ſubſtantia cordis, intelligendo per cor, veram ſubſtantiam ipſius cordis & non illud compoſitum,vt communiter creditur,ex ſubſtantia cordis, ex ſpiritibus exiſtentibus in ſiniſtro cordis ventriculo,& humoribus exiſtentibus in dextro ventriculo, aut venis cordis: & ſi dicatis, ſi hoc eſt verũ quod omnis febris ſit in calefacto eſſe in corde, ergo omnis febris eſſet hectica.

Alexander Aphrodiſe⁹ lib. de febribus.

Poſſumus dupliciter reſpondere ad hanc difficultatem,primo modo, ſi dicamus, quod febres inuicẽ non diſtinguuntur ratione ſubiecti, cum omnes febres ſubiectentur in ſubſtantia cordis, ſed diſtinguuntur ratione cauſæ, quia ergo febris Diaria oritur ex excalefactione ſpirituum ,putrida, ex excalefactione, & quandoque ex putredine humorum, Hectica vero ex excalefactione partium ſolidarum,ideo tantum ratione cauſæ inuicem diſtinguuntur.

Vel ſecundo dicatis quod cum in corde ſit triplex ſubſtantia, ideo non eſt verũ, quod quælibet caliditas extranea, & præter natu-

ram

tam accenſa in ſubſtantia cordis, ſit febris hectica, eo quia ſi fuerit accenſa in partibus ſolidis ipſius cordis, tunc dicitur hectica, ſed ſi fuerit in calefacto eſſe in ſubſtantia carnonoſa cordis, non erit hectica, ſed humoralis, & putrida, & quandoque ephemera febris: & hoc modo poſſumus dicere, tria genera febrium inuicem diſtingui ratione ſubiecti, quia licet omnia ſint in corde, non tamen in eadem parte, ſed in partibus diſtinctis ipſius cordis.

Sed rurſus dicetis vos, ſi Febris Hectica, eſt calor præter naturam accenſus in partibus ſolidis ipſius cordis, ergo vna tantum erit ſpecies Hecticæ, & non tres, vt communiter creditur.

Quare pro maiori declaratione huius rei, videndum eſt primo quid ſentiat conmmunis opinio de febre hectica, & dico quod eſt calor præter naturam accenſus, & in calefacto eſſe in ſubſtantia cordis, ita vt omnis calor extraneus, qui in calefacto eſſe, eſt in ſubſtantia cordis, dicetur febris hectica: Secundo dicunt quod cum in corde, ſint tres partes vt ſolidæ, carnoſæ, & humiditas inbibita in proſitate harum partiũ, ex ijs dicunt, ꝙ caliditas extranea accenſa in iſta humiditate, parit primam ſpeciem Hecticæ, ſed vbi accenſa ſit in partibus carnoſis cõrdis, parit ſecundam ſpeciem, quando vero partes ſolidæ cordis excalefactę fuerint, tunc eſt tertia ſpecies Hecticę.

Nos tamen, quia ſtatuimus omnē febrem hecticam, accenſam eſſe ſolum in partibus ſolidis ipſius cordis, ideo alio modo ponendæ ſunt illæ differentiæ hecticæ. Dico igitur, quod febris, cum ſit calor, non poteſt conſeruari ſine pabulo, ideo vbi calor præter naturam, accenſus fuerit in partibus ſolidis cordis, prius pro ſuo pabulo, & ſui conſeruatione depaſcitur, & conſumit humiditatem illā quę imbibita eſt in carne ipſius cordis, & toto iſto tempore, quo iſta humiditas conſumitur, & exiccatur, dicitur prima ſpecies hecticæ, ſed vbi tota iſta humiditas fuerit conſumpta, & adhuc febris, & caliditas illa accēſa in partibus ſolidis perſeueret, tunc depaſcitur ſubſtantiam carnoſam ipſius cordis, quo quidem tempore vniuerſum corpus ex exiccatione, & conſumptione partium carnoſarum, gracilius redditur, quia non ſolum pars carnoſa cordis, ſed omniū partium conſumitur, cū febris occupet omnes partes noſtri corporis: ſed primo & per ſe ipſum cor, & iſta dicitur ſecunda ſpecies hecticę, ſed vbi tota ſubſtantia carnoſa ipſius cordis, & totius corporis fuerit à calore febrili conſumpta, tunc tertio incipit depaſci & conſumere, ſeu nutriri ex humiditate propria partium ſolidarum, nam & in partibus ſolidis reperitur propria humiditas ratione cuius, illæ partes ſunt continuæ, & inuicem vnitæ, qua quidem humiditate cōſumpta, partes ſolidæ redduntur veluti cinis, & totum corpus contabeſcit,

& neceſſario ſequitur mors, & iſta dicetur tertia ſpecies hecticæ: & pro maiori intelligentia, declaro rem cum exemplo, vt in lucerna eſt oleum, & lycnum, ignis accenſus in lucerna pro ſui conſumptione prius depaſcitur oleum, quod eſt in lucerna, quod quidē aſſimilari poteſt humiditati imbibitæ in poroſitatibus cordis, toto oleo abſumpto, non ſtatim extinguitur flamma, ſed vtitur ſecundo loco pro pabulo, oleo imbibito in ipſo lycno, ꝙ aſſimilari poteſt ſubſtātię carnoſæ ipſius cordis, quo conſumpto depaſcitur tertio & cōſumit propriam humiditatem ipſius lycni, qua conſumpta, redditur lycnum veluti cinis & extinguitur flamma, quod aſſimilari poteſt propriæ humiditati ipſius cordis, & tertiæ ſpeciei hecticæ, quæ dicitur tabes, ſeu Maraſmus: Vbi vero iſta caliditas præter naturam accenſa fuerit in parte carnoſa ipſius cordis, tunc dicitur febris humoralis; & quare dicetis vos, dicitur humoralis, ſeu putrida, & non dicitur carnoſa?

Reſpondeo vocari Humoralem, ſeu Putridam, non ratione ſubiecti, ſed ratione cauſæ efficientis, primo quia hec febris cauſatur ab humoribus, vbi inquam fuerint excalefacti plus iuſto, vel putreſcāt in venis, ſtatim enim quod humores putreſcunt, aut in illis introducta ſit caliditas præter naturam, non dicitur febris, cum febris vt dicebamus, non ſit calor præter naturam accenſus, & incalefacto eſſe in humoribus, quare eſto, quod humores

ſint in calefacto eſſe, niſi etiam ſubſtantia ipſius cordis, ſit in calefacto eſſe, non dicitur febris, ſed vbi humores ſint excalefacti ab illis humoribus putreſcentibus, ſeu excalefactis, cõmunicatur illa caliditas ignea, & prę-ter naturã, ſubſtantiæ ipſius cordis, & ſic ſubſtantia carnoſa cordis, ponitur in calefacto eſſe, & ſtatim dicitur febris, adeo vt putredo humorum, aut eorundem caliditas præter naturam, non eſt febris, ſed cauſa ipſius febris, & ideo licet febris humoralis, & putrida, ſit calor præter naturam, accenſus in carne, & in ſubſtantia carnoſa ipſius cordis, cauſa tamen vt ſubſtantia carnoſa cordis, ſit in calefacto eſſe, ſunt humores putridi in febre peſtilenti, in cæteris vero febribus humoralibus non peſtilentibus, ſunt humores excalefacti plus iuſto, ita vt caliditas extranea, & præter naturam accenſa in humoribus, in Socrate febricitante, non eſt febris, ſed cauſa ipſius febris: & ideo hæc febris, ſumpta denominatione à cauſa dicitur humoralis.

Sed Febris Ephemera, quomodo dicetis vos, erit calor præter naturam accenſus in ſubſtantia cordis?

Reſpondeo quod eſt calor accenſus in carne, & in ſubſtantia carnoſa ipſius cordis, ſed quomodo diſtinguatur à febre humorali. Reſpõdeo, quod licet ambo ſubiectẽtur in parte carnoſa cordis, in hoc tamen diſtinguuntur, quod Febris Humoralis, accẽditur in parte carnoſa terreſtiori magis ſicca, & dura, febris

bris vero ephemera, eſt accenſa in parte carnoſa ipſius cordis puriori, & ſubtiliori, & magis aerea, & ſpirituoſa. Cauſa vero huius febris ephemerę, ſunt ſpiritus exiſtentes in ventriculo cordis, & etiam in arterijs totius corporis qui vbi fuerint excalefacti magis, quã par ſit, à caliditate ſpirituum accenditur, & ponitur in calefacto eſſe ſubſtantia carnoſa cordis magis pura, & ſubtilis, & rara.

Ratio vero cur à ſpiritibus non accendatur etiam ſubſtantia cordis magis dura, & ſicca talis eſt, quoniam cum ſpiritus tenuiſſimi ſint, rariſſimi eorum caliditas mitis eſt, & adeo remiſſa, vt non ſit apta poſſe excalefacere, & ponere in calefacto eſſe duriorem, & ſicciorem carnem ipſius cordis, ſed tantum partem rariorem & ſubtiliorem, non ſecus, ac flamma quæ fit ex palea, non eſt apta excalefacere lignum, & ferrum: ita quoque caliditas, quæ eſt in humoribus, eſt apta excalefacere, & ponere in calefacto eſſe carnoſam ſubſtantiam ipſius cordis, non autem partes ſolidas: & quare, dicetis, non erit melius aſſerere, febrem ephemeram accenſam eſſe in ſubſtantia, & in parte ſpirituoſa ipſius cordis?

Reſpondeo quoniam ſpiritus cum non ſint animati, eorum caliditas, non poterit dici morbus, nec febris.

An brodium, & ſorbitiones conueniant calentibus pedibus, in augmento acceſſionis, & ſtatu, & quo tempore cibandus ſit æger.
Cap. VI.

RAtio dubitandi eſt grauiſſima, cum ex inordinata, & intempeſtiua cibatione, quamplurima ſequantur nocumenta quæ ægrum deducunt ad maxima diſcrimina, vt quæ aut mortem, vel morbi longitudinẽ portendit, quare dicebat Gal. ex ſola, & optima victus ratione, curari quamplurima genera morborum.

Cum ergo communiter practicantes, ſoleant in augmento, aut in prima parte ſtatus particularis acceſſionis, exhibere ius pulli aut panem lotum, vel Ptiſſanam hordeaceam: moti auctoritate Hipoc. ſic dicentis, etenim pedibus frigore affectis, non ſolum à ſorbitione, verum etiam à potione maſſime abſtinendum eſt, ſed tunc tempus dandæ eſt ſorbitionis, aut potionis, cum calor vſque ad pedes peruenit, nam hoc tempus quã maxime opportunum eſt, cum in omnibus morbis tum præcipue in acutis potiſſimum vbi & periculũ vehemens ſubeſt, hæc Hipoc. ex quibus verbis ſic inferunt, ſi ergo tunc dandæ ſunt ſorbitiones, quando pedes incaleſcunt, ſed incaleſcunt pedes in augmento, & ſtatu, ergo tuto tunc poſſumus dare ſorbitiones.

ſ. De rat. vict. 45.

Quæ-

Quæritur igitur, an iſta communis opinio ſit vera. Ad hoc autem. Reſpondeo falſam eſſe, nec ad mentem Hipocrat. pro cuius quidem rei maiori declaratione, hic vnum animaduertendum eſt, quod ex ſententia Hipocrat. aliud eſt dicere pedes eſſe calidos, & aliud caliditatem deſcendere ad pedes, ſic fatetur Galen. & ratio eſt, quoniam pedes calidi ſunt in augmento, & in ſtatu, quo tempore etiam totum corpus æqualiter ad tactum, ſentitur calidum, ſed deſcendere caliditatem ad pedes, hoc non poteſt fieri, niſi prius caliditas illa derelinquat ſuperiores partes, vt caput, & thoracem (deſcendere enim ſignificat, vt ibi docet Gal. commutationem caliditatis, ex vna parte in aliam quare calor febrilis dum à præcordijs recedit, ad pedes confugit, & quoniam vltimæ partes, quas calor derelinquit, ſunt pedes, veluti partes extremæ, Hinc etiam factum eſt quod dum caliditas deſcenſa eſt ad pedes, ſignum eſt, quod iam dereliquit ſuperiores partes capitis, & thoracis, & ſignificat febrem eſſe in declinatione particulari. *1. de ratione vic. com. penult.*

Ex his, quæ diximus facile eſt reſpondere ad quæſitum, & dico, quod tempus dandę ſorbitionis, non eſt quando pedes ſunt calidi ſed quando caliditas deſcendit ad pedes ſic docet Hipocr. & ideo cogor damnare communem ſententiam practicantium qui perperam credentes, idem eſſe pedes eſſe cali- *4. De rat vict. 39.*

 dos,

dos, & caliditatem deſcendere ad pedes, exhibent ſorbitiones, & ius pulli in augmento particulari, vel in ſtatu ipſius acceſſionis.

Sed eſto dicetis vos; quod tempus comodum, & opportunum dande ſorbitionis, ſit dum caliditas deſcendit ad pedes, & quo tempore, hoc contingit in Socrate Febricitante.

Reſpondeo hoc fieri in ſola declinatione, ſic enim docet Hipocrat. dum dicit: At vero cum febris deſierit, contrario modo pedes reliquo corpore calidiores fiunt: deinde dicit, rurſum, & cum febris ſoluitur, & in minutas redigitur partes, calor ad pedes ex proportione deſcendit, quo tempore caput & thorax refrixerunt, atque ob id cibus dandus, hoc enim tempore ſorbitionem dare expedit hæc Hipocr. Quibus verbis docet nos cognoſcere, tunc febrem eſſe in declinatione quando pedes licet calidi ſint, ſuperiores tamen partes capitis, & thoracis refrigerantur.

4. De rat. vict. 39.

Quare dicendum eſt in ſola declinatione ipſius acceſſionis, dandas eſſe ſorbitiones, & iuſcula, ſic enim fatetur Hipoc dum dicit, obſerua febrium acceſſiones, vt neque cum adſunt neque cum futuræ ſunt cibum ingeras, ſed cum iam finitæ ſunt, aut conquieuerunt, & cum maſſime ab initio diſtare videntur; & paulo poſt ſic dicit. Neque ſorbitiones dare, cum proxima fuerit iudicatio (1. ſtatus) Sed

4. De rat. vict. 34.

Te x. 35.

donec

donec inclinetur, & in melius tendet febris, eas ſeruare oportet.

Quod etiam alibi ſic teſtatur Hipocr. eius medicinæ partiſque victu medetur, maximũ eſt febrium, tum intenſiones, tum declinationes, non in acutis ſolum, verum quoque & in longis obſeruare, vt tempora quibus cibi offerendi non ſunt & tuto, & quibus offerendi exiſtunt cognoſcas, atque adhuc quando plurimum ab intenſione aberint. Hęc Hipoc. *4. De rat. vict. 114.*

Sed clarius Gal. dum ſic habet, cum in acceſſionum, tum Principijs tum incrementis ingeſta alimonia lædere admodum nota ſint ob id differimus ipſius exhibitionem, quamquam corpus ipſum iam iam indigere videatur, quod nam igitur optimum languentibus ipſis, dandæ alimoniæ tempus? ſane cum moderatiſſime habuerint, tum torax, tum venter; Dæterrimum vero cum ea deterrime habuerint, deterrime autem habent in Acceſſionum principijs, moderatiſſime vero in declinationibus, conſtat igitur optimum cibi miniſtrandi tempus, in ægrotantium declinationibus hæc Gal. *1. De rat. vict. comm. penult.*

Quod ſi dicatis vos, hanc ſententiam non eſſe vniuerſaliter veram eo quia licet verum ſit in morbis longis ægrum non eſſe cibandum niſi in declinatione, non eſt tamen vera in acutis, quando ſic docet Gal. in acutis deprehenſa caliditate in pedibus, tempus eſt dandę ſorbitionis, non tamen ita contingit in morbis longis, in quibus expetanda eſt *4. De rat. vict. com. 114.*

melior pars declinationis : ex quibus verbis apparet ſenſiſſe Galen. ſolum in morbis longis, expectandam eſſe declinationem non autem in acutis, cum dicat in acutis cibandum eſſe ægrum, cum pedes ſint calidi, & non dicit expectandam eſſe declinationem ſicuti docet expectandam eſſe in morbis longis.

Dicatis, Declinationem habere maſſimam latitudinem, vt principium, medium, & vltimam eius partem, quæ vltima eius pars, dicitur melior pars ipſius declinationis, & perpetuo hoc ſemper à medico eſt obſeruandum, vt in febribus intermittentibus, cibetur æger in tempore integritatis, ideſt, eo tempore quo eſt ſine febre, & in febribus continuis in declinatione, per tres ſaltim, aut quatuor horas ante futuram acceſſionem,& cum in febribus intermittentibus, inter vnam, & alteram acceſſionem adſit tempus integritatis, ideo tuto poſſumus cibare in vltima, & meliori parte declinationis, ſed in febre continua, præſertim ſi fuerit acuta, cum futura acceſſio ſuperueniat, antequam prima finiatur in eius declinatione, ideo tunc medicus non poterit ægrum cibare in vltima, & meliori parte declinationis, quia tunc eſt principium futuræ acceſſionis, & æger cibaretur in acceſione, hac igitur ratione factum eſt,vt in acuta febre, cogatur medicus intempeſtiue, ægrum cibare, & cum

non

non poſſit in meliori parte declinationis, debet cibare in principio declinationis, quod ſi ſutura acceſſio ſuperueniat in prima parte declinationis tunc coactus eſt medicus, cibare ægrum calentibus pedibus in augmento, vel in prima parte ſtatus & ideo dicit Gal. deprehenſa caliditate in pedibus tempus eſt dandæ ſorbitionis in acutis quia ſi declinationē expectet, tunc cibaret ægrum in principio futuræ acceſſionis.

Sed eſto dicetis vos, tempus commodum, & opportunum cibandi in omnibus morbis habentibus ſua tempora particularia eſſe ſolam declinationem, & quomodo cibandum erit in ſinocho, & hæctica, quæ cum non habeant ſua tempora particularia, nec etiam habent declinationem, cum vnicam tantum habeant acceſſionem?

Reſpondeo ſecundum Gal cibandum eſſe hora conſueta ideſt ſecundum conſuetudinē illius febricitantis, eadem. n. hora, qua cōſuetus erat comedere tempore ſuę ſanitatis, eadem hora cibandus erit, dum laborat ſinocho, vel hectica. Secundo Debet medicus conſiderare, tollerantiam virtutis, & ſecundum quod virtus indiget de cibatione, tunc temporis eſt cibandus; & quare dicetis vos, eſt adeo periculoſum cibare ægrum in principio acceſſionis, & quę nam ſunt iſta nocumenta, quæ ſequuntur ex tali cibatione? *11. Meth. med. c. 5. et vlt.*

Reſpondeo hoc nos alibi longiori progreſſu demonſtraſſe; ſed contra dicetis vos, quo- *Primo aph. com. 11.*

10. Meth. med. c. 3. 4. 1. 4. tract. 2. c. 8. niam Gal. in principio acceſſionis, ſtante adhuc rigore cibauit ęgrum. Idē fatetur Auic. dum loquitur de cibatione febrium in vniuerſali, quod licet quandoque cibare ęgrum in principio acceſſionis.

Iacobus de partib. 1. 4. c. 9. de Ephemeris Curt in cō. eph. 11. Non laudo illorum ſententiam, qui crediderunt, Galenum ibi loqui de febre Ephemera in cuius quidem principio, licet quandoque cibare ægrum ipſum, vt quando ortum ducit à vaporibus calidis, & mordacibus. Hipocrat. vero 1. Apho. loquitur de febre putrida, & ideo nulla eſt contradictio.

Iſta tamen ſententia non eſt vera, quod ibi loquatur Gal de febre ephemera, ęum fateatur, ſe cibaſſe ęgrum in principio acceſſioſionis in xi. die, ſed ephemera non pertranſit quintam diem.

Alio igitur modo, ſoluenda erit difficultas, pro quo notandum eſt, quod corpora calida, & ſicca, vel talia ſint proprio temperamento, vel quod exiccata, vel excalefacta fuerint ab ira, nimio exercitio, vel quacunque alia de cauſa difficillimè tollerant inediam; & à ieiunio maximè læduntur, eo quia in iſtis corporibus, eſt paratiſſima cauſa febrium, vt teſtatur Galen. 10. Meth. med. c. 5. Secundo notate, quod non ſolum iſta corpora ſi fuerint ſana, difficillimè tollerant famem, ſed multo magis ab inædia leduntur, ſi febricitent, præſertim, in ęſtate ex ira, moerore, labore, vigilia, &c. eo quia, deducit talia corpora, vel in febres

ardentes, & quandoque ad hecticam, & maraſmum.

Et quare dicetis vos, iſta corpora bilioſa, calida, & ſicca, difficillime tollerant inediã; & ab ea maxime læduntur. Reſpondeo hoc eſſe triplici de cauſa, primo quoniam in eis maxima fit reſolutio caloris, & ſpirituũ, quare plurimo indigent alimento, alias incidunt in ſintopem, & animi deliquium.

Secundo quoniam cum talia corpora ſint calida & ſicca, & etiam inedia exiccet, ideo periculum eſt, ne ab inedia adeo incaleſcant, & exiccentur, vt incidant in febrem ardentem, vel in ethicam, aut maraſmũ, hac ratione factum eſt, vt talia corpora quam primũ ſint cibanda, quia cibus humectat, & prohibet eorum ſuperfluam exciccationem.

Tertio quoniam cum in iſtis corporibus bilioſis, continuo à bile, quæ reperitur in eorum venis, eleuentur vapores acres, & mordaces, qui ad cutim delati, non ſolum cum ſua ignea caliditate excalefaciunt plus iuſto, ſed etiam ſua acrimonia, & mordacitate excitãt rigorem, ſed delati ad internas partes, vt ad uenas, excalefaciũt humores plus iuſto in quibus cum introducta fuerit, iſta caliditas non naturalis, ignea, acris, & mordax ſtatim in humoribus accenditur febris, (eo modo quo alibi diximus) Sed cum dieta magis exciccet, & excalefaciat illa corpora, ideo talia corpora bilioſa, ex inedia citius, & facilius incurrũt rigorem, & febrem; ad præſeruandum igitur talia

lib. 2. de cõcoctione. c. 2

talia corpora ab imminenti febre ſunt ciban da, nec diu torqueri debent fame, & inedia, & ratio eſt, quoniam pręter id quod cibus humectat etiam reprimit, & prohibet, ne illi vapores eleuentur, & remittit acrimoniam, vnde non pariunt rigorem, nec febrem.

De iſtis ergo corporibus biliosis, calidis, & ſiccis loquitur Gal. in quibus in principio acceſſionum, præſertim illarũ febrium, quæ ortum ducunt ab illis vaporibus, eo modo quo diximus, concedit panem madefactum in vino, quia reprimit illos vapores, & remittit eorum acrimoniam: Vnde poſtea non excitant nec rigorem, nec febrem: hinc etiam factum eſt, vt ſi antequam ſuperueniat febris & rigor cauſatus ab illis vaporibus, cibaueris ægrum, præſeruabis eum à febre, & rigore, & ſi dum adeſt febris, & rigor, cibum exhibeas imminuetur febris, quia remota cauſa febris, quæ eſt vapor ille acris, remouetur & febris: Dicamus igitur, quod corpora Biliosa valde calida, & ſicca, ſi febricitent, pręſertim in ęſtate ex ira, mœrore, labore, vigilia &c. cibanda ſunt in principio acceſſionum, & parum ante futuram acceſſionem, & de iſtis corporibus, loquens Gal. dicit, ꝙ cum cuipiam futura eſſet acceſſio eũ cibando prohibuit acceſſionẽ, & non ſuperuenit, & alios multos (dicit) cibaui in principio horroris, quibus enim incipientis acceſſionis, aderant ſimptomata, ijs omnibus, panem ex vino dilutum exhibui, & horrorem ſtatim inhibui, & febrẽ prohibui

10. meth. med. cap. 4. & 5.

10. meth. med. cap. 4.

quanto

quanto vero hos citius cibaueris, tanto magis febrem prohibueris, quod ſi paulo aliquã do morere, vt quę febris non ſolum, ſed et calor multus aduenit, hæc Galenus: & paulo infra ſic dicit, licet ſint corpora ſana, ſi pluſculum abſtineas à cibo maiorem calorẽ ſentient, talemque, ac tantum, vt dubites, an hãc febrẽ appelles: & idem Gal. poſuit duo exempla, in quibus in principio acceſſionum, ægrũ cibauit. *10. meth. med. 3. & 5*

Reſpondeamus ergo in forma ad contradictionem, quod ſententia Hipoc. in Aph. ꝙ in acceſſionibus abſtinere oportet, non eſt vniuerſaliter vera, quia in corpore picrocolo, bilioſo, calido, & ſicco, præſertim ſi febricitet ex ira, labore, vigilia, inedia, quia in iſto caſu, cibandum erit in principio acceſſionum: quod enim talia corpora ab inedia maxime lædantur, ſic docet Hipoc. inediam vero moleſtius ferunt, qui parte ſuperiore picrocoli exiſtunt ideſt bilioſi, ſic exponit ibi Gal. *1. Aph. 11.* *2. de rat. Vict. 30.*

Confirmatur hæc eadem ſententia, non ſolum ab Hipo. dũ dicit, in acceſſionibus abſtinere oportet, nã dare cibũ nociuum eſt, ſed alibi etiã dũ ſic dicit, nec in acceſſionibus, quæ certis ſtatiſue diebus, circuituque fiunt cibaria porrigito, neque ſumere cogito: Alibi .n. expoſuimus nos Hipoc. per acceſſionem intelligere principium augmentum, & ſtatum particularis acceſſionis, quaſi diceret Hipoc. in principio augmento, & in ſtatu particularis acceſſionis, abſtinere oportet à cibo quia *1. Aph. 11.* *lib. de humoribus.* *10. Aph. com. 11.*

dare cibum nociuum eſt, ſed de his ibi exponendo aphoriſmum Hipo. longius pertractauimus.

Hic tamen notandum eſt, quod ea quę hactenus diximus, vera ſunt indicatione ſumpta à morbo, quod ſemper in acceſſionibus abſtinere oportet, nam dare cibum nociuum eſt, ſed indicatione ſumpta, à virtute res aliter contingere poteſt, eo quia ſi in principio acceſſionum, virtus ſit adeo debilis, vt non ſit apta poſſe tollerare extremam inediã, & perdurare ſine vllo cibo vſque ad declinationẽ, tunc in tali caſu, ratione virtutis, cogitur medicus cibare ipſum ægrum, ante declinationẽ ne ſuccumbat, & cum in principio, & ſtatu ſit valde periculoſum cibare ipſum ægrum, ideo tunc debet medicus cibare in augmento, & in media parte augmenti, quando pedes calidiſſimi ſunt, & vniuerſum corpus iam calidiſſimum ſentitur, & ne à tali intempeſtiua cibatione prorogetur acceſſio, & maximum ſequatur nocumentum, ideo tunc temporis debet vti medicus victu valde tenui, vt qui in quantitate paucus ſit, & in qualitate optimi ſucci, & facillimæ digeſtionis, ſicut eſt ius pulli panis lotus in aqua, vel ptiſſana ordeacea in pauca copia ad hoc vt cum tali pauco cibo, poſſit facillime expectare cenam, aut prãdium, vſque ad morbi declinationem: Sed ſi virtus acta ſit cum non multo nocumenro, tollerare extremam inediam vſque ad declinationem, tunc dico, quod nec brodium,

11. meth. med. cap. 5.

nec

nec panis lotus dandus erit in augmento.

Indicatio mittendi ſanguinem, non eſt deſumenda à morbi magnitudine, nec ab ætate, vt communiter creditur, ſed a cauſa morbi. Cap. VII.

INdicationem, & ſcopum mittendi ſanguinem deſumendum eſſe à morbi magnitudine fatetur cõmunis opinio, quando in omni morbo magno, conuenit mittere ſanguinẽ duabus ſeruatis conditionibus, prima ſi adſit virium robur, ita vt vires aptæ ſint poſſe tolerare ſanguinis miſſionem: Secunda floruerit quæ ægrotantis ætas, ſic docet Hipoc. in acutis morbis ſanguinem detrahes, ſi vehemens morbus videatur, floruitque ęgrotantis ætas, & virium adfuerit robur: miraturque Gal. in com. cur hanc ſententiã non ſcripſerit Hipoc. inter aphoriſmos, cum in paruis verbis vis magna comperiatur, quod aphoriſmis conuenire ſolet, nunc vero, ſummã ipſam in paucos tandem relatam ſcopos, audi: ſanguinem enim primum detrahes, ſi maius tibi videatur morbus, nec refert ſi vehementem, vel magnum morbum dixeris: Secundo ſanguinis detrahendi ſcopus eſt, ſi ætas floruerit, neque enim puer, nec ſenex, ſanguinis ſuſtinet detractionem, etiamſi morbus, quo ipſi laborauerint, magnus fuerit: Tertium ſcopũ non prætermiſit, qui facultatis robur exiſtit, neque enim in ijs, qui ætate florent, cum

1. de rat. vict. 1 0. & Gal. lib de curandi ratione per ſang. miſ. c. 9. & 13.

ne partis affectæ, quando .ſ. morbus ſit in parte Principe, tunc ratione partis affectæ, dicitur magnus licet per ſe, & ratione quantitatis ſit paruus, vt inflammatio, licet modica fuerit, ſi tamen ſit in oculo, aut in cerebro, vel in corde ratione loci, & partis affectę dicitur magna: Secundo modo ſuperat vires, & dicitur magnus, quia ſit mali moris, & malignus, & peſtilens, vt ſi vipera mordeat partem extremam, & ignobilē noſtri corporis, iſte eſt morbus magnus, non ratione ſubſtantiæ, & quantitatis, nec ratione partis affectæ, ſed dicitur magnus, quia eſt mali moris, & peſtilēs, & ſic colligatis tripliciter dici morbum magnum, primo ratione ſubſtantiæ, vel qualitatis: Secundo ratione partis affectæ: Tertio quia ſit mali moris veneroſus, & peſtilens.

Ex his dico non eſſe verum, quod indicatio mittendi ſanguinem, ſumenda ſit à morbi magnitudine, quoniam quamplurimi ſunt morbi magni, in quibus tamen non conuenit flebotomia, & probatur.

Primo ſi in pede vel in manu ſcirrus factꝰ fuerit magnus, aut ſit Edema factum magnū, vel inflammatio iam facta & confirmata, ita vt nihil amplius fluat, tūc in iſtis morbis magnis, non eſt mittendus ſanguis, quoniam ex ſententia Gal. in illis morbis ſolum dū fiunt mittendus eſt ſanguis, ſed vbi ſunt in facto eſſe & humores non amplius fluant ad partem affectam, non conuenit flebotomia, cum per ſanguinis miſſionē, non poſſit euacuari, cauſa

con-

coniuncta faciens morbum, niſi aliquando, & valde raro, vbi fiat miſſio ſanguinis vſque ad mutationem coloris, vt in pleuritide docet Hipoc vel ſecundo ratione deriuationis, ſecando venam in parte affecta, vt fit in Angina in dolore oculorum &c. vt docet Gal. Sed hæc proprie non dicitnr ſanguinis miſſio cum in tali deriuatione, educatur potius ſanguis purulentus, & corruptus, quam ſanguis exiſtens in venis, de quo nos loquimur.

lib. de curādi ratione ꝑ ſang. miſſionem. 19.

Secundo ſi in iecore orta fuerit magna intemperies frigida, iſte eſt morbus magnus ratione partis affectæ, & tamen non conuenit ſanguinis miſſio. Tertio in morſu canis rabidi, aut ſerpentis, non cōuenit Flebotomia, & tamen eſt morbus magnus, Similiter nec in Hydrope, licet ſit morbus valde magnus, nec in hectica, conuenit mittere ſanguinem, ergo indicatio ſanguinis miſſionis, non deſumitur à morbi magnitudine, quia ſi hoc eſſet verum, ergo in omni morbo magno, mittendus eſſet ſanguis, quod tamen eſt falſum, vt probauimus.

1. de criſib.

Quarto augetur difficultas, quoniam Gal. fatetur quingentis in locis, quod in ſingulis morbis indicationes curatiuę quid agendum ſit, deſumūtur à ſpecie, & ab eſſentia ipſius morbi, quia ſi morbus ſit calidus, indiget refrigerantibus &c. magnitudo autem morbi non indicat quid agendum, ſed quantum agendum ſit, vt in morbo calido indicatione ſumpta ab eſſentia morbi cognoſco, quod conueniunt

niunt refrigerantia, ſed in quo gradu, & in qua quantitate conueniant, hoc cognoſcimus dicit Gal. ex magnitudine morbi, ergo Morbi magnitudo non indicat, mittendum eſſe ſanguinem, ſed quantum ſanguinis mittendum ſit.

Ad hoc, igitur, vt ſciatis, vnde deſumenda ſit iſta indicatio, notandum eſt primo, quod indicatio euacuationis, deſumitur à cauſa morbi, vt à peccantibus humoribus, eo quia id quod eſt euacuandum eſt humor peccans, qui morbum parit. in morbis. n. immaterialibus nulla conuenit euacuatio, vt in ſimplici intemperie ſine materia, quę curatur per ſua contraria, alterando ſine vlla euacuatione, cũ nullus adſit humor peccans. Secundo notandum eſt, quod licet indicatio euacuandi, deſumenda ſit ab humore peccante, cum tamen humores peccent, aut ſua mala qualitate, & hoc tripliciter vel quia ſint corrupti, & putrefacti, vel ſecundo licet non ſint corrupti, nec putridi, ſint tamen in potentia valde propinqua ad futuram, & attualem putredinem quales ſunt humores, qui in febribus crudi dicuntur, vt alibi diximus, vel Tertio quia ſint excalefacti, vel rẹfrigerati, plus iuſto. *Auct. opi.* *lib. 2. de cõ coct. & c. 8*

Secundo modo dicũtur humores peccares in quantitate, eo quia licet in qualitate optimi ſint, ſi tamen aucti fuerint plus iuſto, & in maiori copia, quam conueniat: iſta multitudo eſt vitioſa, & mala, & apta parere morbum. Plenitudo, & copia humorum, ſua mala qua- *Gal. lib. de curatio. per ſang. miſſ. c. 4.*

litate peccantium, dicitur Cachochimia, & plenitudo quo ad vires, ſed altera plenitudo, & copia humorum peccantium ſola quantitate, dicitur Plethoria, & rectius, & magis proprie, dicitur plenitudo quoad vaſa, eo quia humores adeo aucti ſint in uenis, vt ob nimiam copiam vænæ extenduntur, & quaſi ob nimiam dilatationem, franguntur, & lacerantur.

Tertio Notate, quod ſicuti humores peccant in quanto, aut in quali, ita duo ſunt genera, aut ſpecies euacuationis, vna quę fit, purganti medicamento, quæ proprie purgatio dicitur, altera fit ſanguinis miſſione, quæ nomine euacuationis, nominari ſolet euacuatio.

1. aph. cõ 2 2 aph. cõ. 17. & cõ. 8. Quarto Notate ex Gal. quod purgatio, ſeu purgantia medicamenta, conueniunt humoribus ſua mala qualitate peccantibus, nempe humoribus corruptis, & illis, qui prorſus inepti ſunt ad coctionem.

Sanguinis vero miſſio, euacuat omnes humores, & præcipue competit humoribus peccantibus, ſua quantitate, & nimia copia, eo quia humoribus corruptis, non conuenit flebotomia, ſic docet Gal. dum dicit, nec obſtructio, nec putredo, curari poſſunt per ſanguinis miſſionem vt quę alia remedia deſiderant, hæc Gal. rationem huius alibi reddidimus nos.

11. meth. med. c. 14.

1. aph. cõ. 23.

Quinto Notate, quod licet multitudo humorum, curari poſſit ſanguinis miſſione, hoc

tamen non eſt vniuerſaliter verum de omni multitudine,& copia humorũ,pro quo ſciendum eſt,quod humores qui in multa copia reperiri poſſunt in corporibus noſtris, ſunt in duplici differentia, humores boni, apti ad nutritionem, & vt poſſint concoqui,vel ſecundo ſunt mali, inepti ad coctionem,& nutritionem, ſicuti eſt aqua inter cutis, vel vbi ſola,& exquiſitabilis, aucta fuerit plus iuſto, aut melancolia, vel pituita.

Ex ijs dicamus,quod licet ſanguinis miſſio, conueniat humoribus peccantibus in quantitate ideſt plenitudini, non tamen conuenit omni plenitudini, eo quia plenitudini malorum humorum nempe eorum, qui inepti ſunt ad nutritionem, & concoctionem, non conuenit & ideo non cõuenit Aquę intercuti nec febri ardenti, vt quę ortum ducit ab exquiſita bili, niſi per accidens, vt refrigeretur vniuerſum corpus, ſed ratione humorum peccantium,non conuenit,eadẽ ratione non conuenit melãcolicis,nec omnibus mente captis in quibus abundat melancolia ſola,quæ inepta eſt ad nutritionem:quare non video qua ratione motus dicat Gal. quod ſtante magnitudine morbi, & virium robur in omni plenitudine crudorum humorum, qualiſcunque fuerit, mittendum eſſe ſanguinem, cum hoc non ſit verum, vt patet in hydrope Anaſarca preſertim, in paraliſi &c. morbis magnis, qui pendent à à copia crudorum humorum, & in principio vires validæ ſunt, & tamen

Gal. 1. aph. 23.

lib. de cur. ratio. per ſang. miſſ. c. 13.

non conuenit ſanguinis miſſio. Sed conue-nit tantum flebotomia plenitudini, & multitudini bonorum humorum, vt ſanguinis & maſſæ ſanguineæ quæ vbi aucta fuerit immodice, imminuenda eſt ſanguinis miſſione vt exemplo, Athletarum, docet Hipoc. &
1. aph. 3. Gal. & hac eadem ratione docet alibi Gal.
1. aph. 15. mittendum eſſe ſanguinem in vere, cum in precedēte hieme, generata fuerit multa copia ſanguinis, & bonorum humorum, ob copioſam cibationem, cum corpora in hieme magis cibentur, quam alijs temporibus; hoc idē
lib. de curat. per ſang. miſſ. c. 6. alibi docet eſſe faciendum. Et ideo in omnibus morbis pendentibus ab iſtis humoribus, nempe à maſſa ſanguinis, ſola quantitate peccantibus, conuenit mittere ſanguinem.

Sexto Notate quod non ſolum humoribus quantitate peccantibus, conuenit flebotomia, ſed etiam peccantibus ſua mala qualitate, dummodo tamen non fuerint corrupti ſed ſolū ſint in potentia propinqua, ad actualem putredinem, quales ſunt humores, qui crudi dicuntur in febricitantibus ideſt cauſa antecedens: non tamen omni humori crudo conuenit flebotomia, quia ſi fuerit ſola bilis aut ſola melancolia vel pituita, non conuenit, & ideo in Tertiana exquiſita non conuenit, ſicuti nec etiam perpetuo conuenit in Quartana, aut in exquiſito morbo pituitoſo, niſi forſan ratione reuulſionis, non autem ratione euacuationis, ſed conuenit tantum ſanguinis miſſio, quando vel ſanguis, aut maſſa

ſanguinea dicatur cruda, & quoniam in febribus ſolus ſanguis eſt cauſa Antecedens, & dicitur crudus, vt alibi diximus, ideo ferè in omnibus febribus cum in illis peccet maſſa ſanguinea mittendus eſt ſanguis, indicatione ſumpta ab humore peccante; & hoc forſan eſt id quod dicit Gal. quod ſanguinis miſſio conuenit humoribus peccantibus in quanto, & in qualitate.

lib. 1. de colt. c. 8.

lib. de cur. rat. per ſanguin. miſſ. c. 8.

Ex his omnibus colligatis, quod Indicatio mittendi ſanguinem, deſumitur à ſanguine, & à maſſa ſanguinis, quæ ſi aucta fuerit plus iuſto, aut dicatur cruda, quia ſit in potẽtia propinqua ad actualem putredinem, indicat de ſanguinis miſſione, ſed ſi in ſanguine, aut in tota maſſa ſanguinea, nullum fuerit vitium, non eſt mittendus ſanguis.

Septimo Notandum eſt, quod cum indicatio flebotomiæ, deſumenda ſit ab ipſo ſanguine & à maſſa ſanguinis, cum ſanguis, & tota maſſa ſanguinea contineatur in venis, ideo vbi ſanguis in venis fuerit vitiatus indicat de ſanguinis miſſione, ſed ſi peccet extra venas non indicat, mittendum eſſe ſanguinem, cum ſanguinis miſſio, & flebotomia, non euacuet, niſi ſanguinem exiſtentem in venis.

Octauo Colligendum eſt ex his, quæ hactenus diximus, quod ſicut bilis, & cæteri humores non ſunt purgandi, niſi corrupti aut mali fuerint, & receſſerint a naturali ſtatu, quia vbi optimi ſint, nulla indigent euacuatione.

Ita quoque dicẽdum eſt de ſanguine. Ex Gal. 9.meth. med. cap. 11. quod vbi optimus fuerit, & ſeruet propriam naturam, non eſt euacuandus, ſed vbi receſſerit à naturali temperamento, & morbum pariat vel aptus ſit parere morbum, tunc indiget euacuatione, & cum ſanguis non poſſit euacuari, niſi ſecta vena per flebotomiam, aut per hirudines, cum non detur medicamentum, quod ſanguinem educat: ita quoque dicendum eſt, quod ſicuti indicatio purgandi cæteros humores, ſumitur ab eiſdem humoribus corruptis, & male ſe habentibus quia bilis vbi mala fuerit, indicat de ſui ablatione, cum facta ſit præter naturam: ita dicendum eſt, Indicationem & ſcopum Mittendi. Sanguinem, non aliunde deſumendum eſſe, niſi ab eodem ſanguine malo & facto præter naturam, qui vbi receſſerit à proprio temperamento, & ſit rebellis, & crudus & factus fuerit cauſa ipſius morbi, tunc indicat de ſui ablatione, & euacuatione.

Nono Notandum eſt, quod ſanguis non ſolum indicat de ſui euacuatione, vbi actu morbum pariat, & actu ſit malus & præter naturam, vt in febribus, ſed etiam licet actu optimus ſit, ſi tamen ſit in potentia propinqua vt morbum pariat, & augeat tunc ad preſeruandum, & prohibendum futurum, & imminentem morbum, iſte ſanguis indicat, de ſui remotione, & euacuatione, ſicuti in Pleuritide, in Phrenitide, in Angina; & cæteris inflammationibus, & in Apoplexia, &c.

ſanguis, qui continetur in venis optimus eſt, nec vllum patitur nocumentum, tamen mitti mus ſanguinē ratione reuulſionis, quia in quā periculū eſt ne ſanguis ille, qui continetur in venis: licet optimus ſit, fluat ad partē inflāmatam, & morbum augeat, ideo euacuandus eſt ille ſanguis, nō quia nunc ſit malus, ſed quia periculum eſt, ne futurus ſit malus.

Indicatio igitur Mittendi ſanguinem ſemper ſumitur à ſanguine malo, vel quod actu ſit malus, vel ſit in potentia valde propinqua vt futurus ſit malus & morbū pariat. vt in inflammationibus: ſanguis enim malus, & peccans eſt ille, qui indicat de ſui ablatione, & euacuatione ſicuti vbi fuerit bonus, indicat de ſui conſeruatione pro nutritione corporis. Quare in illis morbis, in quibus peccat ſanguis aut tota maſſa ſanguinea, mittendus eſt ſanguis, & ſecanda eſt vena, ſed vbi in ſanguine, & in maſſa ſanguinea, quę continetur in venis, nullum adſit vitium, vt eſt in hidrope, in tumoribus frigidis, in inflammatione, vbi iam fuerit firmata & nihil amplius fluat, in hectica &c. non eſt mittendus ſanguis, licet fuerint morbi magni, quia in illis non peccat ſanguis, qui continetur in venis, & ideo ſi in eis ſecetur vena, maximum ſequitur nocumentum, ſic docet Hipoc. ſi talia purgentur, qualia oportet, confert, & leuiter ferunt, ſin minus e contra. *1. Aph. 2.*

Decimo Notandum eſt, quod licet perpetuo hoc ſit verum, indicationem mittendi ſan-

guinem ſumendam eſſe à ſanguine ipſo, pro vt eſt malus, & actu parit morbum, vel ſaltim eſt in potentia propinqua, vt fiat malus, tamen quantum ſanguinis ſit euacuandum, an copioſa, vel mediocris facienda ſit ſanguinis miſſio, hoc deſumitur primo à magnitudine morbi, ſecundo à virium robore tertio ab ætate.

A morbi magnitudine, eo quia remedia debēt eſſe proportionata ipſi morbo ſic enim docet Hipoc. extremis morbis extrema, & magna remedia conueniũt: ita & Gal. in magno dolore, i[n] febre arde[n]ti, & magna, docet mittendum eſſe ſanguinem, vſq; ad animi deliquium: ſed ſi paruus morbus fuerit, & vitiũ in ſanguine paucum, tunc & ſanguis euacuandus erit in pauca copia, quia natura apta erit poſſe facile tollere illud vitium.

1. Aph. 7.

Primo aph. com. 23.

Et ideo flebotomia conuenit etiam morbis paruis, eo quia ſi conuenit ſanguini malo cum omnis ſanguis malus; indicet de ſui ablatione, & euacuatione, ergo omni ſanguini malo eo modo, quo diximus, conuenit flebotomia, quod ſi dicatis. A Gal. connumeratur ſanguinis miſſio, inter maxima remedia, ergo non conuenit niſi magnis morbis: dicatis, vel quod ibi loquatur de copioſa, & larga ſanguinis miſſione, vel quod per maximum, intelligat generoſum, & nobiliſſimum remediũ, & valde vtile, & proportionatũ ipſis morbis & ideo cõpetit omnibus morbis: vel tertio dato quod eſſet ſimpliciter extremum remedium

8. Aph. 23.

medium,competit tamen morbis paruis, ad hoc,ne futuri ſint magni, docet enim experiẽtia, quod in principio omnium morborum, mittimus ſanguinem,abſque vllo incommodo, licet tunc morbus ſit paruus, ad euitandã futuram morbi magnitudinem, ita & in cura præſeruatiua,quando corpora ſunt ſana, ſecamus venam.

Sed non ſufficit ſola morbi magnitudo, quoniam eſto, quod dolor ſit magnus,& febris ardens vehementiſſima, in quibus ratione magnitudinis morbi, conuenit mittere ſanguinem vſque ad animi deliquium, ſi tamen vires ſint adeo debiles, vt non ſint aptę, poſſe tollerare,adeo copioſam ſanguinis miſſionem,in iſto caſu, ratione virium mittẽdus erit ſanguis, in minori copia, & ideo ſecundo loco debet medicus contemplari virium robur,vt cognoſcat quantum ſanguinis ſit euacuandum, quia tantum ſanguinis eſt euacuãdum,quantum vires aptæ ſunt, poſſe tollerare,ſic docet Hipoc.immo & Gal.quod virtus imbecilla, prohibet omnem euacuationem, quod clarius primo aph. com 3. dum ſic dicit, in omni euacuatione conſiderandas eſſe vires,an aptæ ſint tollerare illã euacuationẽ, & eo vſque euacuandum eſſe, quouſque vires incipiunt defatigari,& imminui,& ſi deficere ſentias vires,etiam quod totus humor peccãs nõ fuerit euacuatus quieſcere, & deſiſtere debes, à tali euacuatione,hæc Galenus. *1. aph. 23. 1. de rat. vict. com. 45.*

Tertio conſideranda eſt ætas, a qua quidẽ

vt communiter creditur, ſumitur indicatio, an ſit mittendus ſanguis nec ne,eo quia vt docet Gal.neque puer,neque ſenex ſanguinis ſuſtinere detractionem,etiamſi morbus,quo ipſi laborauerint magnus fuerit,hæc Gal. quare vt communiter creditur, cum neq; in pueris apte decimumquartum annum , neque in vltimo ſene mittendus ſit ſanguis, ſaltim per venæ ſectionem, ergo videtur, ꝙ indicatio mittendi ſanguinem, deſumenda ſit ab ętate.

4. de rat. vict. com. 19.

11. meth c.14. lib. de curādi rat. ꝑ ſang. miſ c.6. & 13.

Quę quidem ſententia non videtur vera, eo quia in omni ætate mittimus ſanguinem, & venā ſecamus, & ego millies expertus ſū) licet Iuuenis ſim, cum adhuc non attingam quadrageſimum annum) in Puerulis duorum annorum,quibus meo conſilio, & iuſſu, fuit ſecta vena ſcalpello,non ſolum in morbillis, & variolis, ſed etiam in febribus, & magnis doloribus, & fœliciſſime cum res optime, & bene ſine moleſtia ſuccedat quotidie: & hoc idem in Decrepitis, non ſolum ſæpe ſępius ſeliciſſime obſeruauit Hyppolitus Saluianus pater meus, ſua tempeſtate,medicus celeberrimus,& primarius in Romana Curia, ſed & ego in multis,qui tranſcendunt 70.annum,& & 75.obſeruaui; immo hoc anno 1587.in nobili muliere,D. Iulia Iacobacia Romana, cū 85.ageret annū,& laboraret pleuritide, meo cōnſilio fuit ſecta vena interna bracchij dextri,& extractus ſanguis ad vncias quatuor, & ſtatim,& dolore,& febre,liberata euaſit: hoc idem alias feci in nobili muliere Romana: d.

Gineuera, amita Illuſtris ac nobilis viri D. Antonij Boccapaduli, quæ cum ageret annũ 82. meo iuſſu in febre continua, fuit ſecta vena, & euaſit, & ſic in moniali quadam de mõte Citorio, cum ageret annum 86. meo iuſſu fuit ſecta vena, cum eſſet apopletica, & euaſit, immo, & in altera moniali in eodem loco in maximo dolore oculorum, cum ageret 84. annum ſecui venam, & liberata eſt.

Quare potius dicendum erit, ab ætate deſumi indicationẽ, non euacuationis ſed quãtum ſit euacuandum, & ratio eſt, quoniam ſi decrepitus, & iuuenis laborent eadem febre, vel pleuritide, licet indicatione ſumpta a cauſa morbi, nempe à ſanguine malo, in vtroq; ſecanda ſit vena, tamen ratione ætatis factũ eſt vt in decrepito, & puero ſit educendus ſanguis, in minori quantitate, quam in iuuene: in decrepito, & in ſene, educendus eſt ſanguis in minori copia, vt docet Gal. nõ ratione ætatis, ſed propter virtutis imbecillitatem non fert ſanguinis detractionẽ. At certe pueri quamquam vitali facultate valeant, tamen neq; hi ſanguinis miſſionem ſuſtinent, promptè enim eorum ſubſtantia, tum propter humiditatem, tum propter temperamẽti caliditatem, euaporatur; detractione igitur ſanguinis non egent, qui inſitam, naturalemque habent euacuationem, hæc Galenus.

4 de ratione victus com. 19 11. meth. med c. 12. 1. meth. med. c. 17.

An in febribus liceat medico mittere ſanguinem, aut vti purganti medicamento in 4.7. 11. 14 *&* 21.*die. Cap.* 6.

RAtio dubitandi eſt, quoniam iſti cũ ſint Dies Critici in quibus ſolet ipſa natura in morbis ipſis ſemper aliquid operari, ideo videtur rationi conſonum, vt medicus in iſtis diebus nihil moliatur, ſed totũ opus permittendum ipſi naturæ, ne forſan medicus operando, aut impediret motum naturæ mouendo oppoſito motu, aut fortaſſe humores moti à medico, & a natura, ne ſubſequatur adeo ſuperflua, & copioſa euacuatio, cum tanta virium iactura, vt moriatur æger, quare potius ante, vel poſt diẽ 4. aut 7. & alios ſimiles dies criticos, ſi natura non fuerit in illis diebus operata aliquam perfectam criſim poterit tũc medicus commode, & bene operari.

Pro maiori tamen huius rei declaratione dicendum eſt primo ẽn an omni morbo, ſemper 4.7.11.&c. dicantur Critici: Secundo andato, quod ſint critici, liceat medico in illis, aliquid operari.

Quo ad primum Reſpondeo, quod illi dicũtur Dies Critici, in quibus apta ſit natura, moliri aliquam optimam & perfectam criſim, ſicuti illi in quibus impoſſibile eſt, vt natura moliatur aliquam perfectam criſim, nõ dicuntur, nec poſſunt dici critici. Secundo notate, quod cum optima criſis, non poſſit fieri, niſi

niſi apparentibus ſignis perfectiſſimę coctio- nis,ſic docet Gal. Hinc factum eſt, quod in il lis diebus in quibus non apparent perfecta ſi gna coctionis, non poteſt fieri criſis, nec di- cuntur critici. Quare vbi in Soctate febrici- tante,in 4 aut 7.die non appareant ſigna opti mæ concoctionis, certum eſt eſſe impoſſibile in illa 4.& 7. poſſe fieri a natura aliquã optimam criſim, ergo & illa dies 4.& 7. non dicũtur critice in illo ęgrotãte. Secũdo ad hoc vt fiat criſis, in aliqua die critica, non ſolum eſt neceſſarium vt appareant ſigna optimæ concoctionis, ſed etiam vt criſis, quæ futura ſit in 7. fuerit indicata in die indicatoria, vt in 4.quæ eſt indicatoria 7.& ſi futura ſit in 14. ſit indicata in 11. &c. vt docet Gal. Colligatis igitur, quod ſi in Socrate febricitante in 4.die nullũ appareat ſignũ coctionis, nec vllum veſtigium, & ſignum futuræ criſis in 7: quod erit impoſſibile, vt in 7. futura ſit criſis, quare dies 4. in iſta febre, non erit indicatoria 7.cum nihil indicet,& ſic erit impoſſibile,vt 7.dies ſit critica. Cum ergo duę ſint neceſſariæ conditiones, quæ requiruntur ad hoc, vt aliqua dies dicatur critica, prima, vt in ea appareant ſigna perfectæ coctionis:Secũda vt fuerit indicata in die indicatoria, vbi deſunt ambæ, vel vna iſtarum conditionum, illa dies non dicitur critica, & quoniam non ſemper in omni morbo in 4.aut 7.vel 14. reperiuntur iſtæ conditiones, cum ſæpiſſime in 4.aut 7.aut nulla appareat concoctio,aut val

Gal. lib. de dieb. decret. cap 2 c criſ. cap. 3. 1. aph. com. 20.

3. de criſ. c. 10 1. de diebus decret. cap. 10. Hipo. 2. aph 24.

de di-

de diminuta,& imperfecta, & ſi appareat cõcoctio,non tamen in die ſua indicatoria, apparuit aliquod veſtigium, & ſignum futuræ criſis in ſequenti die critica, ideo factum eſt, vt non in omnibus morbis dies 4. 7. 11. 14. 21. &c. ſint critici, vt perperam communiter creditur, nec in illis debemus ſemper expectare, motum ipſius naturæ, optime operantis, ſicuti perpetuo in omnibus morbis, indifferenter Empirici, & vulgares medici quamplurimi ſolent expectare, & hos dies adeo obſeruant, vt non ſine ęgrotantium iactura, nõ audent in illis aliquid facere, ſed fatentur totum opus committendum eſſe ipſi naturæ, & ſic ſæpius cõtingit, vt ſubterfugiat occaſio aliquid beneoperandi (ob imperitiam iſtorũ) quæ cum præceps ſit non reuertitur amplius.

Cum ergo iſti dies 4 7.11.&c. non in omnibus morbis ſint ſemper critici, ergo nulli dubiũ eſt, quod in 4.7.14. &c. vbi nõ fuerint critici, licet medico aliquid operari, quoniã dubitatio eſt ſolum, de diebus criticis, ſed iſti in multis morbis habentur veluti non critici, ergo licet in illis operari: quod quidem probatur auctoritate Hipoc. qui in pleuritide in 4.die, dat medicamentũ purgãs, ſed clarius Hipoc. docet, purgationes, & euacuationes fieri poſſe dieb⁹ decretorijs, vt in 13.& 14 ꝑ ſuperiora dieb⁹ paribus, ꝑ inferiora in dieb⁹ imparib⁹: Sed eſto, ꝙ iſti dies ſint critici, ſi tamẽ in eis nihil natura operetur, poterit medicus vbi opus fuerit, in illis aliquid operari.

4. de rat. vict 71.

lib. de humoribus in medio.

Proba-

Probatur ſecundo auctoritate Auicen. qui dicit ſi natura non mouet, moue tu, hora motus eius. Ex his ſic infero, docet Auicen. quod medicus debet operari eo tempore, quo ſolet operari natura, ſed natura dum recte operatur, ſemper ſolet moliri euacuationem in die critica, ergo & medicus docet Auicen. debet operari, & mouere hora motus eius, nempe naturæ, ideſt in die critica, quando natura in ea die non moueat, ideſt nullam moliatur euacuationem. *14. c. de cura. putrid. in generali.*

Tertio confirmatur ratione, quoniam Medicus, debet imitari naturam optime, & perfecte operantem, ſed natura dum perfecte operatur, ſemper mouet in die critica, ergo & medicus imitando naturam bene operantem debet medicari, & mouere in die critica, quãdo natura in ea nihil operatur.

Sed ſi dies 4. 7. 11. 14. &c. in tali morbo ſint critici, tunc rurſus debet medicus animaduertere, an natura, in illis diebus, moliri debeat futuram criſim nec ne, ſi nõ & in illis diebus conueniat procurando morbo, aut mittere ſanguinem, vel applicare hirudines, vel cucurbitulas, aut dare medicamentum, ſi materia optime fuerit concocta, tunc dico, quod medicus, non debet deſiſtere ab optima euacuatione, ſed vt probant prædictæ rationes, debet illis diebus ea moliri, quæ neceſſaria ſunt: ſed ſi natura in illis diebus moliatur aliquam criſim, aut illa criſis eſt perfecta, vel diminuta, ſi perfecta, nihil debet moliri, quia

quæ iudicantur, & iudicata ſunt integre, nec
4.aph. 20. mouere, nec innouare aliquid oportet, ſiue medicamento ſeu quocumque aliquo leuiori præſidio, naturam irritando, ſed totū opus permittendum ipſi naturæ: Sed ſi Criſis, & euacuatio fuerit diminuta, nec etiā in illo die licet medico adiuuare naturam diminute operantem, dum adhuc illa euacuatio diminuta, eſt in fieri, eo quia neſcit medicus dum fit euacuatio, vſquequo natura ſit operatura, & an plus debeat operari, cum quandoque incipiat debilis, & diminuta euacuatio, quæ poſtea ſequitur copioſa, & perfecta, & ideo dum ſit criſis, licet appareat diminuta, non audeat medicus adiuuare naturam cum medicamento, aut flebotomia, cum periculum ſit, ne ſubſequatur maior euacuatio quam conueniat, vnde æger moriatur: Sed poſt factam criſim, vbi videat medicus, ſequenti die, non fuiſſe euacuatos à natura omnes humores peccantes, tunc debet medicus adiuuare naturā medicamento, aut flebotomia: Colligatis igitur quod vbi in diebus criticis, moliatur natura aliquam euacuationem perfectam vel diminutā, medicus in illis diebus nihil debet mouere, nec innouare, ſed quieſcere, & totum opus permittere ipſi naturæ, ſed ſi medicus eſſet certus, quod natura non eſſet operatura in tali die critica, vt in 7. vel 14. &c. exiſtēte materia optime cōcocta, deberet medicus euacuare in tali die critica, & melius hoc eſſet) quoniam ars debet imitari naturam optime

operan-

operantem) quam euacuare in altero die nõ critico. Et ſi dicatis vos, & quomodo cognoſcam, ego, an natura molitura ſit aliquã euacuationem in die critica?

Reſpondeo hoc facile cognoſci ex his, quę hactenus dicta ſunt, eo quia 7. dies non poteſt dici critica, niſi ſit indicata in 4. ita vt 4. dies dicatur indicatoria ipſius 7. ſicut 11. dicitur indicatoria 14. &c. vt docet Hipoc. qui quidem dies ea ratione dicũtur indicatorij, quia indicant, & demonſtrant, quid futurum ſit in die critica ſequenti: quare ad hoc vt 4. dies dicatur indicatoria ipſius ſeptimæ, duæ neceſſario requiruntur conditiones, Prima vt in die indicatoria, appareant ſigna diminutę & imperfectæ concoctionis, quia ſi in illa die nullum appareat ſignum coctionis impoſſibile erit, vt morbus poſſit iudicari in ſequenti die critica, vt docet Hipoc. & Gal. & ideo ſi in 4. nulla appareat concoctio, certo ſcimus, quod morbus non poteſt terminari in 7. ſi tamen in 4. appareant ſigna coctionis, poterit medicus ſperare, quod morbus ille terminaturus ſit in 7. ſed an debeat terminari per criſim, vel per paulatinam ſolutionẽ, dico, quod hoc etiam nobis oſtendit dies indicatoria, quoniam ſi in 4. appareat leuis ſudor, & mador in corpore ægrotante, apparentibus ſignis coctionis, poſſumus certo ſperare, niſi vllus committatur error, futuram criſim in 7. per ſudorem, ſimiliter ſi in die indicatoria, vt in 4. appareat aliqua euacua-

2. aph. 24.

3. progn. 3.

tio, licet modica, & valde diminuta per ſeceſſum, vel per fluxum ſanguinis è naribus, quia ergo apparet in iſta die indicatoria aliquod veſtigium futuræ criſis in 7. poſſumus expectare in ſequenti die critica, vt in 7. futuram criſim per ſeceſſum, vel per fluxum ſanguinis è naribus: Si tamen in die indicatoria, licet appareant ſigna coctionis, nullum tamen appareat ſignum futuræ criſis, tunc certo ſcimus, quod morbus ille, & ſi terminaturus ſit in ſequenti die critica, non tamen terminabitur per criſim, ſed per paulatinam ſolutionem: quare colligatis quod ſicuti Criſis non ſolet fieri à natura, niſi in morbis materialibus, qui pendent ab humoribus peccantibus, ita tamen factum eſt, vt nec in omnibus morbis materialibus, expectanda ſit optima criſis, ſed ſolum in morbis acutis, nec etiam in omnibus acutis, cum quamplurimi ſint morbi acuti, qui terminantur ſine criſi, ſolum per paula-
3. de criſib. cap. 1. tinam ſolutionem, vt docet Galenus Morbi autem longi ſolent terminari per abſceſ-
4. aph. 31. 32. 33. 36. & 44. ſum, vt docet Hipocrates, & Galenus: ideo, & in iſtis morbis non reperiuntur dies critici, qui vere dicantur critici, in quibus fieri poſſit optima criſis.

Occurrit tamen difficultas, non enim videtur verum, quod aliquid liceat operari in 4. 7. 11. 14. 21. &c. licet non ſint dies critici, & ratio dubitandi eſt, quoniam in die maioris exacerbationis, & afflictionis, non licet

cua-

euacuare, nec medicamento, nec ſanguinis miſſione, ſed iſti dies 4. 7. 9. 11. 14. &c ſemper ſunt dies maioris afflictionis, & in illis morbi magis exacerbantur, & hac ratione dicuntur critici, & in illis ſolet natura moliri euacuationem, & obſeruantur à medicis, ergo in illis nunquam licet aliquid mouere.

Maior eſt Auic. dum dicit, non moueas in in die paroxiſmi aliquid, quantũ poſſibile eſt tibi, neque cures febrem; immo non ſolum Auic. docet in die maioris afflictionis, abſtinendum eſſe ab omni euacuatione, & præſidio, ſed etiam à cibo, dum dicit, vt ieiunet in die motus, & nihil ſumat, donec totus conſumptus fuerit: quod etiam alibi clarius ſic oſtendit, non euacues per fluxum ventris in die periodi, neque flebotomes, & ratio huius talis eſt, quoniam aliquid mouere in die maioris afflictionis, nihil aliud eſt, quam addere laborem omnino defeſſis, & afflictionem afflictis, quo citius pereant, cum enim tunc natura ſit valde defatigata à magnitudine, & ſæuitia morbi non eſt magis defatiganda medicamento, aut alio præſidio, & præſertim cũ adhibita præſidia poſſint diſtrahere naturam à ſuo munere, & à morbi coctione, & ideo adminiſtranda ſunt remedia ſemper in die minoris afflictionis.

14. tract. 2 c. 7. de curat. tertiana pura.

1. 4. c. de vniuerſali curat febrium putridarum.

Reſpondeo, quod in die maioris afflictionis ratione virium, quia labefactatę ſunt à magnitudine morbi, & ſæuitia accidentium, non eſt mouendum, niſi cum maxima neceſ-

ſitate vbi ſcilicet periculum ſit in mora, ſicut, ſi in 7. immineat periculum phrenitidis, & periculum ſit in mora; ad reuelendam materiam à capite, conueniunt eadem die cucurbitulæ cum ſcharificatione, & applicare hirudines naribus, ſecare venam frontis, &c. ſimilia, quia tardare in ijs malum eſt, ſed vbi morbus dat inducias, ita vt non ſit periculoſum differre præſidia vſque in craſtinum diem, tunc non debemus aliquid mouere in die maioris afflictionis: & ideo non dicit Auic. in die exacerbationis ſemper eſſe quieſcendum: ſed addit quantum poſſibile eſt, ratione virium, quia ſunt defatigatæ non multum conuenire.

1. epidem. ſect. 3. parũ ante 1. agrotum.

Notate tamẽ, quod in omnibus febribus, Exacerbationes fieri ſolent in Diebus Criticis, vt docet Hipocrates his verbis, quæ vero paribus diebus exacerbantur, paribus iudicantur, quorum autem exacerbationes in imparibus ſunt, & in imparibus iudicantur, & in ægroto 6. in eodem loco ſic dicit. Exacerbationes, vt plurimum in iudicatorijs diebus, magis accedebant: ergo ex ſententia Hipocratis non ſemper Dies Critica, erit Dies exacerbationis, & maioris afflictionis.

libro 4. de morb.

Sed augetur difficultas, quoniam docet Hipoc. quod cum ægri ſoleant diebus imparibus magis exacerbari, eo quia humores in iſtis diebus, in corporibus ægrotantibus, ſolent magis turbari, & moueri, & ideo medici in hoc maxime peccarunt, exhibendo

medicamenta in diebus imparibus, quia ſequitur copioſior euacuatio, quam conueniat,& multi perierunt nimium purgati ex aſſumpto medicamento in diebus imparibus: & ratio eſt, quoniam humor in corpore ægroti magis turbatur in diebus imparibus, & ſi quis iam turbatum adhuc magis perturbet medicamento immiſſo, nihil miri eſt ex talibus, hominem perire, hęc Hipocr. quibus verbis oſtendit, quod in die exacerbationis, & in die motus, & in iudicatoria non eſſe mouendum: Et ſi dicatis, & quare in die maioris afflictionis, & in Die Critica, fiunt ſæuiora ſimptomata, & maiora? Reſpondeo hoc eſſe, quia humores peccantes agitati, ex eorum maiori agitatione, & commotione, eleuantur vapores acres, & mali, vel forſan portio aliqua illius humoris, ex illa agitatione delata ad caput, parit dolorem capitis, vigilias, delirium, ſomnolentiam, &c. ſi ad linguam, parit ſitim, linguam nigram, aridam &c. Si ad ventriculum dolorem, vomitum, &c. & hac ratione dum fit criſis, fiunt ſeuiſſima accidentia.

Reſpondeo ergo in forma ad difficultatē, quod in illis morbis, in quibus. 4. 7. 9 11. 14. &c. non ſunt Dies Critici, in iſtis diebus ſicut in alijs diebus 2. 3. 8. 10. &c. licet mouere, & mittendus eſt ſanguis, & dandum eſt etiam pharmacum, quando conuenit ratione morbi: ſed ſi 4. 7. 14. &c. ſint Dies Critici, tunc conſiderandum eſt, an in illis Diebus

Criticis, molitur natura aliquam euacuationem, aut non: Si natura moliatur perfectam
9. aph. 20. euacuationem, medicus nihil debet operari, quia quę iudicantur, & iudicata ſunt integre, nec mouere, nec innouare aliquid oportet: ſed ſi moliatur, diminutam, & imperfectam criſim, debemus conſiderare, an iſta diminuta criſis ſit per vomitum, vel per ſudorem, aut etiam fluxum ſanguinis, e naribus, aut per emoroidas, & tunc in tali caſu poterit medicus in eadem Die Critica, in qua imperfecte mouet natura adiuuare motum naturæ, leui vomitorio, aut frictionibus adiuuando ſudorem, vel applicando hirudines naribus, vel ano, cum hęc omnia Prędidia, ſint in manu, & poteſtate medici, & poteſt deſiſtere quādo vult, ſi ſubſequatur maior euacuatio, quā conueniat: Sed ſi diminuta euacuatio facta à natura, ſit per ſeceſſum, medicus non debet illam adiuuare, nec dare medicamentum in eadem Die Critica: quia vbi fuerit aſſumptum medicamentum, cum non ſit amplius in poteſtate medici poſſe ſiſtere, & cohibere medicamēti euacuationē ideo periculum eſt, ne ſubſequatur maior euacuatio quam conueniat, præſertim cum quandoque natura à principio moliatur debilem euacuationem, quæ poſtea ſequitur copioſa: Sed tranſacta die iudicatoria, poterit poſtea medicus dare medicamentum, & euacuare illud reſiduum, quod non fuit euacuatum à natura.

Sed ſi natura in Die Critico, ob aliquod impe-

impedimentũ, nullã moliatur euacuationẽ, & medicus certo ſciret naturam non poſſe operari, ſi tamen materia optime fuerit concocta, ita vt ratione morbi conueniat purgans medicamentum, tunc dico, quod magis conueniret in Die Critica, quam alia die, cum medicus debeat imitari naturam bene operantem: ſed natura ſemper operatur bene in Die Critica, ergo & medicus quã do poteſt, debet in illa operari, & vti medicamento, aut ſanguinis miſſione &c.

Quod ſi Auicenna, & Hipocrates in 4. de morbis negant euacuandum eſſe in Die Critica, dicatis, quod loquitur de Critica, in qua natura mouet, quod patet, dum dicit Hipocrates, quod in tali Die Critica perturbatur, & mouetur Humor Peccans à natura.

Quod ſi dicat Auicẽna in die paroxiſmi, & maioris afflictionis, non eſſe mouendum, dicatis, quod & ſi liceat mouere Humores Peccantes ratione morbi, tamen indicatione ſumpta à viribus, quia vires in tali die ſunt defeſſæ, & factæ imbecilles, ob magnitudinem accidentium, ideo ratione virium non erit mouendum, niſi magna vrgeat neceſſitas, vt diximus ſupra, & hoc eſſe faciendum cum maxima præmeditatione.

An mala euacuatio, facta à natura ſymptomatice euacuante, ſit à medico cohibenda.
Cap. VIIII.

DVbitari ſolet, ſi natura in principijs morborũ, materia exiſtente cruda, moliatur ſymptomatice aliquam malã euacuationem per ſeceſſum, an talis mala euacuatio ſit cohibenda à medico.

1. aph. com 21. Ratio dubitandi eſt, quoniam fatetur Gal. quod ſi natura incõmode, & male moliatur aliquam euacuationem, eã prohibere, ſimulque reuocare, & retrahere oportet: contrariũ tamen docet experientia, quod ſymptomaticę, & malę euacuationes factæ in principio morborum, ſi cohibeantur, ſæuiora, & deteriora ſequuntur accidentia.

Pro reſolutione huius difficultatis, videdũ, eſt primo quid ſit ſymptomatica euacuatio; Secundo quomodo fiat: Tertio an talis euacuatio ſit cohibenda.

Quoad primum illa dicitur ſymptomatica euacuatio, quæ fit a natura malę operante, & quoniam natura nunquam bene operatur, niſi concocta meteria in vltima parte ſtatus, & in declinatione vniuerſali, hinc factum eſt, quod omnes euacuationes, quæ fiunt ſolum à natura in vltima parte ſtatus, & in declinatione vniuerſali, ſunt optimæ, & laudabiles: Sed euacuationes, quæ fieri ſolent quandoque à natura in principio, augmento,

mento, & prima parte ſtatus vniuerſalis ipſius morbi, dicuntur malę & ſymptomaticę factæ à natura male operante, ſed quomodo iſte ſymptomaticę euacuationes fieri ſoleant à natura, vt deueniam ad ſecundum quęſitū, dicatis fieri à natura valde irritata, & ſtimulata ab humoribus peccantibus, qui quidem peccantes humores, duobus modis poſſunt multum, & valde irritare, & ſtimulare naturam, ad eorum expulſionem, primo ſua nimia quantitate, ſecundo mala eorum qualitate, vbi enim in ſocrate febricitante, peccantes humores aucti ſint plus iuſto, & in maiori copia, quam conueniat, tunc ſua multitudine irritant, & ſtimulant facultatem ex pultricem ad eorū expulſionem, ſicuti vbi humores licet non peccent in quantitate, ſi tamen peccant in qualitate, tunc aut ſua acrimonia & mala qualitate, & putredine irritant naturam ad eorum euacuationem, quare natura adeo irritata, cogitur in tempeſtiue, inordinate, & in debito tēpore expellere, & euacuare crudos, & rebelles humores, nulla expectata concoctione

Hic tamen notandum eſt, quod non ſolum in ſymptomatica euacuatione, ſed etiam in optima, & critica euacuatione, natura eſt irritata, a nimia copia, vel mala qualitate humorum peccantium, eo quia nulla fieri poteſt naturalis euacuatio, niſi à natura irritata & ſtimulata: ſi dicatis vos contrarium docet Hippoc. qui naturales, & optimas euacuationes dicit ſponte fieri à natura, ſi ſponte, non ergo fiunt 1.aph.2.

fiunt à natura irritata: Dicatis, quod licet tā ſymptomatica, quam critica euacuatio, fiat à natura ſtimulata. In hoc tamē differunt, quia ſymptomatica, & mala euacuatio, fit à natura multum, & valde irritata, ſed perfecta, & critica euacuatio licet ſit à natura ſtimulata, non tamen eſt adeò irritata, vt cogatur in tempeſtiue euacuare, ſed cum parum ſit irritata, eo quia humores ſunt euicti à natura, ideo illos educit ordinate, debito tempore, quando. S. ſint optime concocti, in vltima parte ſtatus, vel in vniuerſali declinatione, & hac ratione euacuatio dicitur ſponte facta à natura, non quia fiat à natura nullo modo irritata, ſed quoniam in comparatione, ad ſimptomaticam euacuationem natura, eſt adeo parum irritata, vt ſponte videatur operari, cum non cogatur intempeſtiue educere peccantes humores.

Quæritur igitur, an Symptomatica Euacuatio facta à natura male operante in principio vel augmento morborum, materia exiſtente cruda, ſit cohibenda.

Auctoris opinio. Reſpondeo quod ſymptomatica euacuatio eſt in duplici differentia, quædam fit per loca conferentia, altera vero fit per loca non conferentia: illa autem dicitur fieri per loca conferentia, quando peccantes humores (licet ſint crudi) euacuantur per partes, & loca facta à natura ad hoc vt cōmode, & ſine multo nocumento, recipiant excrementa totius corporis, vt ſunt inteſtina, veſica, vterus, palatum

tum,nares,& vniuerſa cutis,dũmodo iſte partes ſint ſanę,& non exulceratæ, vt fuſius alibi declarauimus. Iſta ergo dicũtur loca cõferentia,quoniam natura facile tollerat euacuationem peccantis humoris, per has partes: ſed ſi per alias partes,educantur humores,preſertim per membra principalia & nobiliora,talis euacuatio dicitur mala, quoniam non fit per loca conferentia. Ex ijs dico,quod Symptomatica Euacuatio, quæ non fit per loca conferentia,ſemper eſt cohibenda; & de iſta loquitur Gal.loco ſuperius citato,vbi docet, eam prohibere reuocare, & retrahere. Sed ſi fiat per Loca Cõferentia, dicatis non ſemper eſſe cohibendam triplici ratione,primo quoniam licet euacuatio ſit ſymptomatica, tamẽ quandoque incipit mala euacuatio,quæ poſteą fit,& ſequitur bona,& ſanatur ager,ſic docet Gal.dum ſic dicit, poteſt etiam dubia, & fallax iudicatio eſſe,quæ tamen tandem bene cedat hoc idem docet Hipoc. dum dicit. Excrementa liuida,cruentà fetida,biliosa,mala ſunt,& ſymptomatica,ſi tamen cõmode prodeant, bona ſunt,ideſt ſi ſymptomatica euacuatio fiat per loca conferentia, ſolet iuuare: ſed quod ex ſymptomatica euacuatione ſanari poſſit æger, videatis Hipoc. qui dicit, in methone laborante cauſonide. 5 die materia exiſtente cruda, apparuit fluxus ſanguinis è naribus, & licet talis euacuatio eſſet ſymptomatica,tamen optime iudicatus eſt,& ſanatuş quia ergo aliquando ex ſymptomatica eua-

1. aph. cõ. 21.

1. aph. 21.

4. aph. cõ. 46.

4. aph. 47.

3. epid. cõ. 3 tex. 24.

euatione, poteſt ſanari æger, vt docet experiẽtia ideo non eſt cohibenda.

Secundo Non eſt cohibenda, quoniam, cũ in ſymptomatica euacuatione, educantur humores peccantes valde praui, qui ſua mala qualitate, aut nimia copia, ſtimulãt naturam ad eorum expulſionem, ideo periculum eſt ſi cohibeatur iſta euacuatio: ne iſti praui humores, qui à natura tranſmittuntur à venis, & à partibus nobilioribus ad ignobiliores, retineantur in partibus illis, aut ad principaliores deferantur, deſtruant illarum temperamẽtum, & ſic morbum deteriorẽ, & ſæuiora fiãt ſymptomata, vt ſi ad caput ferantur, pariunt delirium, aut ſomnolentiam &c. pro diuerſitate materiæ, ſi ad uentriculum nauſeam, vomitum cardialgiam &c. Sed ſi humores, qui educuntur in ſymptomatica euacuatione peccent in multitudine, & cohibeatur eorum euacuatio, periculum eſt ne ſua copia venas diſrumpant, & ne à nimia copia extinguatur naturalis calor & alia ſæuiora pariant accidentia, & ideo eſt valde periculoſum, cohibere ſymptomaticam euacuationem, quoniam periculum eſt, ne illa materia, quę excernebatur ſi intus retineatur, ne ſua mala qualitate, pariat ſęuiſſima accidentia, vt delirium, ſomnolentiam, vertiginem palpitationem cordis, tormina & morbum augeat, quare licet talis euacuatio, ratione ſigni ſit mala, cũ ſignificet peccantes humores non concoqui à natura tamen ratione cauſæ, poterit dici bona, aut

ſal-

tim minus mala, cum ſit minus malum educi, & deferri ad ignobiliores,quam intus retineri,& deferri ad nobiliores partes,ideo non eſt cohibenda.

Tertio non eſt cohibenda,quoniam ſi poſſibile eſſet,vt humores qui educuntur in ſymptomatica euacuatione quieſcerent in venis,&in parte affecta, tũc dico;quod ſemper talis euacuatio eſſet cohibenda, adhoc vt iſti humores quieſcendo melius,&citius concoquerentur à natura,cum coctio fiat quiete, & motus & agitatio impediat coctionem, ſed cum ſit, impoſſibile, vt iſti humores quieſcant, cum ſua multitudine, aut corrupta & mala qualitate,ſtimulent facultatem expultricem ad eorum expulſionem,ideo neceſſe eſt,vt à natura transmictantur, vel ad partes ignobiliores, vel ad nobiliores: ſi ad partes nobiliores deferantur, quoniam iſta euacuatio fit per loca non conferentia,ideo ſemper eſt cohibenda, ſed vbi deferantur ad partes ignobiliores,nõ eſt cohibenda,quia periculum eſt,ne ad partes nobiliores deferãtur vnde ſeuiora ſequantur accidentia : tunc autem dicimus deferri per partes ignobiliores, quando educuntur per loca conferentia,vt declarauimus ſupra.

Hic tamen duo veniunt conſideranda primo,quod licet talis ſymptomatica euacuatio in principio non ſit cohibenda, non tamen adiuuanda eſt à medico (cum ſit operatio facto à natura male operante) vbi fuerit diminuta, cum medicus non debeat adiuuare,niſi

naturam bene, ſed diminute operantem. Secundo Notandum eſt, quod licet, quandoque cohibere ſymptomaticam euacuationem, vbi diu perſeueret & virtus ex tali euacuatione ſuccumbat, ratione igitur virium, vbi deficiant, erit cohibenda.

VARIARVM LECTIONVM DE RE MEDICA

LIBER SECVNDVS.

SALVSTIO SALVIANO Medico Authore.

De Melancholia, & Mania morbo, & eius curatione. Cap. I.

QVINQVE à nobis veniunt conſideranda de Melancholia, & Mania, primo quid ſit, ſecundo q̃ nã ſint cauſæ huius affectionis, tertio ſigna, quarto prognoſticum, quinto, & vltimo curationem.

Quoad primum Melancolia morbus, nomen deſumpſit, vt fatetur Gal. à cauſa, & humore morbum faciente, & cum talis ſit melancholia, ideo ab humore melancholico, dicta eſt melancholia; eſt autem melancho- *8. meth. med c. 8. 3. & loc aff. cap. 7.*

lib.3.c.14 lia vt docet Gal. loc. cit. & Paulus, Delirium ſine Febre, ita quoque & Mania, quæ à latinis dicitur inſania, ſeu furor, ab eodē Gal. *lib.1.c.5.* eo loco eſt Deſipientia, ſeu delirium ſine febre vt clarius docuit Cælius Aurelianus.

Dicendum eſt igitur, in hoc diſtingui Melancoliam, & Maniam, à phrenitide quoniam phrenesis non eſt ſine febre: Colligatis Secundo quod cum ſint ſpecies delirij, ideo Melancholia, & Mania erunt affectus præter naturam, lædens actiones animales; & cum operationes animales ſint ſenſus, & motus, dicendum eſt in tali affectione lædi ſenſum, qui cum rurſus ſit induplici differentia, interior, & exterior, fatendum eſt lædi ſenſus omnes interiores vt imaginationem, memoriam, & diſcurſum, quandoque omnes, quandoque vnam illarum, licet principaliter lædi ſoleat imaginatio, ob corruptam enim falſam & deprauatam imaginationem, fiunt homines me*lib. 6. c. 9.* lancholici, & Maniaci, vt docet Ætius, quod etiam videtur aſſerere Gal. ſecundo de cauſis ſympt. cap. 7. dum dicit Melancholicæ dementiæ, variæ ſunt ſpecies, prout in ipſis particulatim doloſæ imaginationes apparent; Quibus verbis crediderunt aliqui ſolam imaginationem lædi in tali affectu, & cum actiones tripliciter lædi poſſint, aut quia ſunt abolitæ & omnino corruptæ, aut deprauatæ, vel tertio diminutæ, dicamus omnibus modis lædi poſſe imaginationem in Melancholia, & *lib.1.c.16.* Mania prout docet Trallianus dū dicit, quod

non

non omnes melācolici patiūtur eadē ſympto mata cum non eiſdem imaginationibus agitentur: & ideo refert Gal. quendam melancholicum teſtam ſe factum eſſe putabat, & al ter gallos cantare audiens vt hi alarum, ſic ille brachiorum plauſu latera quatiens, animā tium ſonum imitatus eſt. Quare vbi quis falſa, & vana imaginatur, & diu perſeueret in tali falſa imaginatione fit melancholicus. *lib. 3 de loc. aff. c. 7.* *Vide Trallianum lib. 1. c. 16.*

Colligendum eſt tertio quod cum in tali affectu, lędantur animales operationes vt ſenſus interiorum actiones, & harum principium ſit cerebrum ideo dicendum eſt, in melancolia & Mania, partem affectam, eſſe cerebrum ſed cū cerebrum duobus modis lędi poſſit aut per eſſentiam, vel per conſenſum, vtroq; modo dicēdū eſt lædi in tali morbo, vt dicemus infra. *6. aph. 53.*

Colligatis quarto, quod Melācolia, & Mania nō eſt morbus, ſed ſymptoma, ſeu accidēs quoddā, vt fatetur Gal. Sed cum ſymptomata inſequātur morbū, veluti vmbra corpus, Quęritur igitur, quē nam morbū ipſius cerebri, ſequi ſoleat melancolia, & Mania. Reſpondeo quod ſequitur malā intēperiem frigidā, & ſiccā ipſius cerebri, ad malam enim intemperiē frigidā, & ſiccā ipſius cerebri ſtatim ſequitur deſipientia, & melancolia, ꝙ ſi fateri volumus melancoliam, & Maniā morbū eſſe, dicamus eſſe malā intēperiem frigidā, & ſiccā ipſius cerebri. Et quæ nam eſt cauſa dicetis vos vt quā do quæ cerebrū adeo refrigeretur, & eſiccetur, vt fiat deſipientia, ſeu melancolia, & Mania, *1. de cau. ſimpt. c. 5.*

vt deueniam ad ſecundum quæſitum Dicatis, cauſam huius morbi, eſſe Humorem Melancholicum, qui ſua natura frigidus eſt, & ſiccus & cum melancolia ſit in duplici differentia, vt naturalis, & pręter naturã, dicēdum eſt pręſentem morbum ortum ducere à melancolia nõ naturali, quæ dicitur Atrabilis, quæ quidē atrabilis generari ſolet, aut à ſanguine, aut ab ile, vel à naturali melancolia, & ſi queratis & quomodo iſti humores degenerant in Atrambilem, dicamus hoc fieri per aduſtionem, vbi enim vel ſanguis, vel bilis, aut naturalis melancolia adurantur, degenerant in melancholiam non naturalem, quæ dicitur Atrabilis: Ex aduſtione ſanguinis aut naturalis Melancoliæ, generatur atrabilis, quæ parit melãcoliam morbum. Sed ex aduſtione bilis, generatur atrabilis, quę parit Maniam, quare in hoc diſtinguitur Melancolia à Mania, quod Melancolia oritur à ſanguine, vel à naturali Melancolia aduſta; Mania vero à bile aduſta licet fateatur Gal. quandoq, fieri maniam ab humore Melancolico, vbi pręter modum aduſtus, & putrefactus malignã acquiſierit acritudinem. Sanguis autem, vel melancholia, aut bilis aduri poteſt, aut in toto corpore, ideſt in omnibus venis totius corporis, aut in aliqua determinata parte, & hoc dupliciter, aut in hypocondrijs, vel in capite ideſt in venis cerebri & totius capitis tantum. Hinc factum eſt, vt ſecundum hanc diuerſitatē, tres ſint differentiæ ipſius Melancholiæ, vel Maniæ. Prima quando

Gal. 6. aph. com. 21. 53 3. aph. com. 22. 6. aph com. 56.

do

do vniuerſum corpus abundat atrabile, ita vt totus ſanguis qui cõtinetur in omnibus venis per aduſtionẽ fuerit factus præter naturam,& degenerauit in atrã bilem, & iſti dicuntur melancolici ex mala habitudine totius corporis & ab iſto ſanguine aduſto, ſeu bile aduſta, eleuantur vapores ad cerebrũ qui pariũt hũc morbũ: Secunda quando licet ſanguis, & humores, qui continentur in vniuerſo corpore optimi fuerint,tamen humores,qui continentur in cerebro aduruntur, & per aduſtionem fiunt præter naturam, recedũt à naturali temperamento, & degenerant in atrabilem, & tunc ab iſta atrabile facta, & exiſtente in venis ipſius cerebri fit Melãcholia, vel Mania ꝑ eſſentiã in cerebro & in tali morbo, dicimus cerebrum lædi per ſe,&per eſſentiam,eo quia ab iſto humore deſtruitur temperamentum ipſius cerebri,& cum ille humor atrabilioſus ſit frigidus, & ſiccus, ideo introducit in cerebro malam imtemperiem frigidam & ſiccam quę quidem mala intemperies eſt cauſa illius deſipientiæ, & melancoliæ:hic tantum notandum eſt, quod humor iſte aduſtus, qui parit maniam,vel melancoliam,quandoque in ſubſtantia ipſius cerebri continetur, aliquãdo in membranulis, ac tunicis cerebrum ipſum tegentibus, & veſtientibus & aliquando etiam in meatibus vẽtriculorum cerebri, ideſt in venis illorũ ventriculorũ. Tertia ſpecies, ſeu differentia eſt quando ſanguis aut cæteri humores aduruntur circa hypocondria, & ibi per

Celſus lib. 3. c. 18.

aduſtionem conuertitur in atrabilem, & tunc ab iſto humore in iſtis partibus aduſto, eleuātur vapores ad cerebrum & quandoq; etiā aliqua pars illius humoris aduſti defertur ad cerebrū & illud refrigerando, & exiccando plus iuſto, ſunt cauſa deſipientiæ, & Maniæ, & iſta dicitur paſſio hypocondriaca, quam Arabes vocant mirachialem, quæ ortum ducit ab humore melācolico, aduſto circa hypocondria, in qua quidem dicimus cerebrū lædi per conſenſum, non autem per eſſentiam: concludamus, igitur quod Cauſa per ſe, & immediata ipſius Melancoliæ, & Maniæ, eſt ipſa atrabilis alterans, & imutans temperamentū ipſius cerebri, ipſum refrigerando, & exiccādo ſicuti omnia ea, quæ per ſe, vel per accidens multiplicant humorem aduſtum, dicuntur cauſæ antecedentes, & procatartice, huius morbi, ſicuti eſt mala vict^{9} ratio, triſticia, timor nimia ſollicitudo, & cætera animi accidentia, vt vigilię, ſtudium, amor &c. quę apta ſunt refrigerare, & exiccare ſuſtantiam cerebri, & capitis temperamentum: addunt Græci prædictis affectionibus, ab humore melancolico, & aduſto proueniētibus, diuinā quandā paſſionem à qua detenti, maioribus quibuſdā efferri poteſtatibus videntur, adeovt futura prænuntiāt & hoc videtur tetigiſſe Auic. dum dicit quibuſdam medicis uiſum eſſe, quod melancolia à Dæmonio contingat: fieri etiam ſolet morbus iſte vbi & menſes, & hæmorroides præter conſuetudinē ſupprimantur, eo quia ab iſto

ſan-

ſanguine aduſto, & melancolico ſupreſſo, eleuantur vapores ad cerebrum, qui morbum iſtum pariant, vt docet Gal. ſicuti etiam, & cauſa externa, vt ictu, caſu, percuſſione, & merore timore &c.

Eſto igitur dicetis vos, quod morbus iſte ortum ducat, aut à ſanguine, aut melãcolia, vel à bile aduſta: & quibus ſignis cognoſcam ego an ſit à ſanguine, vel à melancolia, aut à bile? Reſpõdeo hoc facile cognoſci, quoniã ſi quis patitur preſentem morbum cõplexione ſit ſanguineus, & nunc appareat rubicundus & talis deſipientia ſit cum riſu placido, & mitis, ſignũ eſt fieri ex aduſtione, ſanguinis & latas cõſpicuaſq; venas habeat, & iſta eſt ceteris magis ſecura, & tuta, ſic docet Hipoc. Deliratio, quæ fit cum riſu tutior, quæ vero ſtudio adhibito periculoſior. Sed ſi Melancolia fuerit cum timore, metu, triſtitia, ſollicitudine & taciturnitate, & cum diuerſis cogitationibus, fatendũ erit, talem melancoliã ortum ducere, à naturali melãcolia aduſta, & iſti melancolici ſunt maligni, pertinaces, menditabundi, ſuſpicaces, inexorabiles, truces, & ſeſe conficientes, & ſe ipſos interimunt ideſt mortem deſiderant. Quod ſi ſit furioſa, terribilis, & adeo feraliter inſaniant, vt & manibus prompti ſint mordeant, & veſtimẽta lacerent & aſpectu ſint valde terribiles, dicendũ erit non eſſe melancoliam, ſed Maniam, quæ oritur à bile aduſta, & iſti maniaci ſunt inconſtantes, & multiferijs opinionibus fluctuant, nunc hoc modo aliud

6. Aph. 53.

augantur, ſunt ferociſſimi & fortiſſimi plus iuſto, & parum dormiunt, ſed perpetuo fere vociferantur, & exclamant cũ maximo ſtrepitu. Sed rurſus dicetis vos, & quibus ſignis cognoſcã ego, an Atra bilis, quæ eſt cauſa huius morbi, abundet in vniuerſo corpore, vel tantum in cerebro, aut hypocõdrijs? Reſpondeo ꝙ ſi melancolicus colore totius corporis ſit niger hyrſutus, macilentus, ſignum eſt ortum ducere à mala intemperie totius corporis, & totam maſſam humoralem, per aduſtionem degeneraſſe in atrabilem, qui vero ſunt Melancolici, ſed non ſunt macilenti, nigri, hyrſuti & cetera: ſignum eſt, quod illa melancolia non ortum ducit à toto corpore; ſed ſi pendeat ſolum à mala intemperie ipſius cerebri, ita vt humor iſte aduſtus, & atrabilioſus generetur tantum in capite, hoc cognoſcitur ex diuturnitate, & perſeuerantia ipſius morbi, cerebrum pati per eſſentiam, & morbum per ſe eſſe in capite, preſertim ſi in hypocondrijs nullum ſentiatur nocumentum.

Sed ſi iſte morbus non ſit per eſſentiam in cerebro, ſed per conſenſum à partibus inferioribus, vt ab hypocõdrijs hoc facile cognoſcitur, quia in hypocondrijs, ſentitur dolor, pondus, grauitas, & inflatio, & cætera ſigna quæ nobis oſtẽdunt paſſionem hypocondriacam vt ructus acidi flatus, calor in illis partibus &c. & vt plurimum iſta deſipientia habet dilucida interualla.

Sed quæ nã eſt cauſa dicetis vos, vt in omni

melan-

melancolia, ſigna propria ſint metus, & triſtitia, & melancolici omnes valde timent, Dicebat enim Hipoc. 6. aph. 23. ſi metus, & meſticia, longo tempore perſeuerent, ſignificant futuram melancoliam. Dicatis quod ſicuti ſanguis, vbi optimum ſeruat temperamentũ, in ſubſtantia eſt tenuiſſimus, & puriſſimus, in colore Flauus, pellucidus, ac ſplendens, & lucidus, & iſti habentes optimum ſanguinem, ſunt alacres, iucundi, & amabiles, ita quoque vbi ſanguis per aduſtionem, conuertatur in atrabilem, fit in ſubſtantia craſſus opacus, turbidus, & in colore niger, & obſcurus, ideo habentes ſanguinem, & maſſam ſanguineam, aduſtam, & nigram ſunt triſtes, iracundi, meſti, & valde timidi, & ſicuti ex optimo & puro ſanguine generantur optimi, & puriſſimi ſpiritus, qui cum ſint inſtrumentum animalium operationum, ideo ſi ſpiritus optimi ſint, neceſſe, eſt etiam vt, & animales operationes, præſertim ſenſuũ interiorum, vt imaginatio memoria, & diſcurſus optimi ſint: à ſanguine autem malo, aduſto, & nigro, generantur ſpiritus craſſi nigri, & turbulenti, ex quibus in amabiles, terribiles, & falſe imaginationes naſcuntur, & ſicuti externæ tenebræ hominibus pauorem inducunt, metum, & triſtitiam, ſic & atrabilis cum ſit nigra, & obſcura, atro, & nigro ſuo colore obſcurãdo cerebrum ipſum, & ſedem animæ rationalis, formidinem, & metũ inducit: ſi igitur quid ſimile tenebris, rationalis animæ parti

circunfunditur, neceſſe eſt hominem, triſtem eſſe & timere, vtpote qui ſemper timoris cauſam in corpore circumferat: quoniam ergo Atrabilis, cogitationis, & imaginationis locum obſcurat in homine malencolico, ideo pauorẽ inducit, vt docet Gal. Concludamus igitur, quod vbi ſanguis, bilis, aut melancolia aduritur ex his generantur ſpiritus fuliginoſi nubiles, & turbulenti, qui cum ſint inſtrumentum animalium operationum, ideo ab illis prodeunt malæ operationes animales.

3. de cauſ. ſimp. c. vlt.

Sed quid poſſimus præſagire de homine melancolico, & maniaco? Dicatis quod ſi fiat hæc paſſio ex ſuppreſſis menſtruis, vel hæmoroidibus facile poterit curari, ſi conſuetæ, & ſuppreſſe euacuationes reuertantur, ſic docet Hipoc. in ſanis, ſi varices, vel hæmoroides ſuperuenient, inſaniæ ſolutio, & ratio eſt quoniam humor melancolicus, qui in capite ferebatur, ad infernas partes diuertitur, & euacuatur per hæmoroidas, & varices &c. hoc idem docet 6. aphor. xj. dicebat Galen. quod nulla deliratio eſt tuta, minus periculoſa, quę fit cum riſu, ſicuti Mania eſt periculoſiſſima omnium, inter has eſt media, quę fit cum ſtudio hæc Galen. quaſi diceret, Melancholia, quæ fit cum riſu, qualis eſt quæ fit à ſanguine aduſto, eſt minus periculoſa, ſic docet ibi Hipoc. deliratio, quæ fit cum riſu tutior eſt ratione humoris peccantis: Mania vero quæ fit à bile aduſta, eſt magis periculoſa, quoniam ſæuiora habet accidentia. Deſipien-

6. aph. 21.

6. aph 53.

6. aph. 53.

pientia vero, quæ fit à melãcolia aduſta, medio modo ſe habet. Et ſi dicatis vos quænam harum affectionum, citius curatur. Dicatis, quod omnis Deſipiẽtia difficillime curatur, & qui ſemel fit Melancholicus, aut Maniacus, vel nunquã ſanatur, aut non bene, quia remanent dilucida interualla, aut recidiuam facere conſueuerunt, quod ſi aliquando, & raro ſanantur, hoc eſt cum maxima difficultate, vt potui ſpatio decem annorum obſeruare hic Romæ in Xenodochio deſipientium: ſed inter iſtos, melancholici qui pendent ex aduſtione melancholiæ, ob craſſitiem, & lentorem Humoris peccantis, ſunt difficilioris ſanationis, ꝙ ſi iſte Humor abundet in vniuerſo corpore, ita vt ſit niger macilentus, hyrſutus, & ſit prima ſpecies melancholiæ, dicatis eſſe inſanabilem, cum tota maſſa ſanguinea ſit vitiata, cuius ſignũ eſt Epar, & partes omnes principes, ob malam intemperiem, generare iſtum humorem aduſtum, ita quoque ſi ortum ducat à mala intemperie ipſius cerebri, ita vt cerebrum lædatur per eſſentiam, & ſit ſecunda ſpecies, iſta quoque eſt fere incurabilis, ſed ſi melancholia aduratur circa Hypocondria, licet difficillime curetur, quandoque tamen ſanatur, ſed valde raro, ſicuti valde raro ſanãtur iſtæ paſſiones Hypocondriacæ. Dicatis ſecundo, quod ſi morbus iſte ſit inueteratus, non curatur, ſed ſi fuerit in principio, & ſit à ſanguine aliquando curari ſolet.

Deſipientia vero, quę fit à ſanguine, melius

lius curatur, ſicuti & Mania non adeo difficile curatur vti ea, quæ fit ab Humore melancholico.

Melancholia morbus, ſolet quandoq; terminari ad apoplexiam, vbi .ſ. melancholia aduſta occupauerit ventriculos ipſius cerebri: & ego ſæpiſſime obſeruaui multos melãcholicos ex humore melancholico aduſto pati epilepſiam, & ſimul, & ſemel eſſe melãcholicos, & epilepticos, quoniam epilepſia fieri etiam ſolet ab humore melancholico, obſtruente ventriculos ipſius cerebri: quandoque terminatur ad conuulſionem, vt quando humor ille melancholicus tranſmittitur à natura, à cerebro, ad neruos, vel tertio melancholia, ſi non fuerit optime, & bene curata, terminari ſolet ad Maniam, & furorem, vbi ſcilicet humor ille aduratur plus iuſto. Quarto terminatur ad cecitatem, vt quando illa eadem materia, quæ parit melancholiam, deferatur ad meatus opticorum neruorum, & eos obſtruendo cauſat cecitatem, ſic docet

6. aph. 56. Hipocrates in morbis melancholicis ad has partes ſunt decubitus periculoſi, aut .n. Apoplexiam, aut conuulſionem, aut furorem, aut cecitatem ſignificat: Si vlcera veniant Maniaco in facie, aut in pedibus, aut mortẽ, aut morbum eſſe inſanabilem, oſtẽdunt, ſicuti vbi ap-

7. aph. 5. petitum amittit, eſt quaſi inſanabiles: ſed ab inſania, quam Maniam Græci vocant difficultas inteſtinorum, aut hydrops, aut extaſis bonum, ſic docet Hipoc. & ratio quare ſi Maniȩ

ſuper-

ſuperueniat difficultas inteſtinorum, aut hidrops, aut magna mentis turbatio, maniam ſanant, & liberant à furore, hæc eſt, vt ibi dicit Gal. ratione reuulſionis, & euacuationis, eo quia atrabilis, quæ parit Maniam, defertur ad inteſtina, & ad infernas partes.

Sed quomodo curari debeant iſtæ deſipiētiæ, vt deueniam ad vltimum quæſitum, dicatis, quod omnes morbi curari ſolent victus ratione, aut ſanguinis miſſione, vel medicamento, ideo de his omnibus pertractandum erit, & primo quænam ratio victus cōueniat iſtis melancholicis: & cum Melancholia ſit intēperies frigida, & ſicca, vel totius corporis, aut cerebri tantum, quæ ortum ducit ab atrabile, quæ de ſui natura frigida eſt & ſicca, ideo indicatione ſumpta à morbo, & à cauſa morbi, conueniunt ea quæ calida ſunt, & humida; Hic tamen notandum eſt, quod nō omnia calida conueniunt, quoniam quæ multum excedunt in caliditate, ſunt valde periculoſa in tali affectu, duplici ratione, primo quia perpetuo cum maxima caliditate, iuncta eſt ſiccitas, & ideo ea, quę valde ſunt calida, exciccando augent deſipientiam. Secundo periculum eſt, ne animia caliditate, reſoluantur tenuiores partes ipſius atrebilis, & remaneant terreſtriores, quę ineptę ſunt reſolutioni, & ideo nō debemus vti ſolum calidis, ſed cū illis miſcere ea, quæ humida ſint, nec tamē ſolum humectantibus vti debemus, ne tota materia ita incraſſeſcat, vt ex melācholia, fiat morbus comitialis,

Curatio.

initialis, vnde miſcenda ſunt calida, & humida temperatè.

Ratio vict. Ratio victus ſit calida, & humida, ſed magis humida, quam calida, vt carnes gallinarum, capponum, caſtratorum, hœdum, &c. & ideo cibus ſit optimi ſucci, & facillimæ digeſtionis, vt conuertatur in optimum ſanguinē, fugiendæ ſunt carnes frigidæ, & ſiccæ. Conferunt piſces ſaxatiles, quibus candida, & friabilis ſit Pulpa, ex olerum genere conueniunt lactucæ, endiuia, ſpinachia, lupuli, bugloſſum, cœtera mala ſunt: Vitet omnia, quæ melancholiam augent, vt lentes, legumina, caſeum antiquum, carnes bouinas, aues aquatiles, ſilueſtria animalia, omnia ſalſa, & ſalita, ideo non conueniunt oliuæ, nec cappares, vt quæ calidæ ſint, & ſiccæ, & humores adurunt, ſicut maxime competit Ptiſſana ordeacea: Vinum bibant tenue, album, nec antiquum, nec nouum, non ſit valde aquoſum, cum non deſeruiat cordi pro ratificatione ſpirituũ: ideo ſit album, mediocris facultatis, ſuaui ſapore, bibat ipſum merum, aut mixtum cum modica aqua, niſi furioſus fuerit, & Maniacus, in quo caſu laudo, vt ſit valde dilutum, uitet vinum nouum ſpiſſum, & groſſum.

Quæ vero vrinam valde mouent, cum ſint valde calida non conueniunt, ſicuti ſunt radices omnes &c. Acetum contumax eſt humori melancholico, & ideo nunquam competit in deſipientia, vt docet Hipoc. acetum atram bilem parit, licet Ætius lib. 6. cap. 10. dicat

3. de ratione victus 40.

acetum

acetum acerrimum coclearij menſura, poſt omnem cibum abſorbendum eſſe, vbi iam vult dormire.

Eadem ratione conueniunt ſomnus, quies, ocium, & cet. ſimilia quæ humectant, ſicuti fugiendæ ſunt vigiliæ, nimia exercitia, labor, ira, & ea omnia, quæ exiccant, venus, frigidis, & ſiccis corporibus inimica eſt, & his tãtum innoxia, qui calidi ſunt & humidi per interualla tamen aſſuetis non erit inutilis: Paulus Ægineta in iſto caſu laudat venus, vtque plenitudinem tollat, reddit corpus leue, & virile, & quo ad animum pertinet rationis vim impeditam ſoluit, iracundiam remittit, & laudatur etiam ab Auic. dummodo fuerit moderata, quia non ſolum liberat à plenitudine, ſed etiam hilarior, & iucundior redditur, & ſpiritus viuificantur: ex fructibus pomaceis laudantur, à Tralliano Pepones, medulla cucumerum, vuæ: ex malis quæ non adſtringunt, ficus autem vitent, aut modice aſſumantur.

lib.1.

10.Tert.3.

Quod vero conueniant piſces ſaxatiles, & præſertim Erinacei marini, docet Ætius, & Trallianus lib. 1. cap. 16.

lib.6.c.10.

Aer ſit calidus, & humidus, & ęger maneat loco claro, lucido, & ameno, ſi enim locus fuerit male olens, obſcurus & tenebroſus, augeret deſipientiam, quare laudo exercitium vbi fuerit moderatum per loca amena, quæ fontibus ſcateant, ſed exercitium, vbi modũ excedat, quia excaleſacit, & exiccat, eſt valde pericu-

periculoſum.

lib.6.c.10. Quoad ſanguinis miſſionem, Aetius ſic dicit, in quibus ſanguis redundare apparuerit, ſtatim ab initio vena ſecetur in cubito, & pręſertim in quibus conſuetæ ſanguinis excretiones ſunt ſupreſſæ, verum in mulieribus, quibus menſes defecerunt, venam in talo ſecare oportet: hoc idem docet Alexander, Trallianus, quod ſi melancholia ſit à ſanguine redundante in toto corpore, ſecanda eſt vena media in brachio, ꝙ ſi à brachio vacuatio fieri nequit, tentandum eſt eam a poplite, & & tali partibus moliri, & hoc magis in mulieribus, cum menſes prouocet: ſed ſi ſanguis aduſtus ſit in cerebro per eſſentiam, tunc audacter venam in fronte ſecato, nam poſt totius corporis vacuationẽ ſi loco iam remedia adhibeas, nihil nocebit hæc ille: Concludamus igitur, quod in Melancholia, quæ ortum ducit à ſanguine aduſto redundante in toto corpore, ſecanda eſt vena media brachij dextri, aut vena, quæ vuulgo ſaluatella dicitur: ſed ſi ſanguis peccet in cerebro, ſecanda vena frontis: Sed ſi ſit abile aduſta, nullo pacto mittẽdus eſt ſanguis, duplici de cauſa, primo quia flebotomia magis refrigerat, & exiccat, ſecundo quoniam cum ſanguis ſit frenum ipſius bilis, detracto ſanguine bilis magis exiccatur, vnde augetur morbus: Similiter ſi morbus ſit à melancholia aduſta, tũc docet Gal. quod ſi vniuerſum corpus abundet ſanguine melancholico, ſecanda erit vena communis

Sanguinis miſſio.

lib.1.c.16.

3. de locis aff. c.7.

nis brachij dextri.

Et ſi ſanguis fuerit niger educendus erit in conuenienti quantitate, ſed ſi tenuis, & optimus ſit, ſtatim ſupprimendus erit nec conuenit, niſi adſit maxima copia ſanguinis, ita vt corpus ſit valde ſunguineū, & obſcuro quodā rubore, perfunditur: vbi vero iſte melancholicus humor ſit ſolū in cerebro, nullo pacto cō uenit flebotomia: Sed ego nō laudo ſectionē venæ in nulla deſipientia, niſi ortum ducat à ſanguine, & de iſta ſolum loquitur, ibi Gal. *3. de loc. af fect.* & ratio eſt, quoniam cum deſipientia ſit intēperies frigida, & ſicca, flebotomia non conuenit, quia magis refrigerat, & exiccat, & eo magis, quoniam ſanguis mixtus cum melancholia, vel bile aduſta, ſua humiditate, remittit ipſius atrebilis ſiccitatē, & vniuerſum corpus, & cerebrum humectat, quod ſi extrahatur ſanguis, remanet ſola atrabilis magis ſicca, quæ morbum auget. [illegible] icatis tertio, quod cum in Deſipientia lędantur operationes animales, ex defectu ſpirituuum, vel quia praui ſunt, cum generātur ex ſanguine aduſto, ideo ſi educatur ſanguis, cum ſpiritus generantur ex ſanguine, tunc ex inopia ſanguinis ſpiritus non generantur, vnde læduntur magis operationes, & morbus augetur, quare optimus ſanguis, qui in pauca copia reperiri ſolet in melancholicis erit potius cōſeruandus pro reſtauratione ſpirituum, quam extrahēdus, ideo non laudo eorum ſententiam, qui in deſipientia, docent ſecandam eſſe venam

frontis,

fortius,& applicandas hirudines naribus, cũ ex tali euacuatione non educatur humor peccans,qualis eſt atrabilis, quæ morbum parit, ſed ſanguis,& magna ex parte tenuiſſimus, & optimus, & vt ego longo tempore potui obſeruare, in proprio Xenodochio deſipientiũ ex ſanguinis detractione magis læduntur, & augetur deſipientia, immo melãcholici poſt ſanguinis euacuationem, vt plurimum facti ſunt furioſi:& maniaci: vnde poſt vniuerſalẽ purgationem. ſoleo ego applicare hirudines venis, quæ ſunt in ſede, & cum ex tali euacuatione non educatur, niſi ſanguis feculentus,
6.aph.21. craſſus, & melancholicus, ideo maxime iuuantur: ſic docet Hipocrates: Inſanis ſi varices, vel hemoroidas ſuperuenerint inſaniæ ſolutio: reddit rationem ibi Gal. quoniam natura humores inſaniam comittentes, maxime ſi melancholici fuerint & craſſi, ad partes ignobiliores protrudente euacuantur per hemorohidas,& varices.

Quantum vero attinet ad purgationem, duæ inſurgunt intẽtiones prima eſttotius corporis euacuatio,quæ quidem facienda eſt ratione reuulſionis, ne materia ab vniuerſo corpore, feratur ad caput, & cerebrum lędendo pariat deſipientiam: præmiſſa vniuerſali euacuatione totius corporis, tunc debemus euacuare materiam fluxam, & firmatam in capite,quæ immediate, & per ſe,parit melancholiam,ſeu maniam: hic tamen vnum animaduertendum eſt, quod ſi morbus iſte ſit in principio,

cipio, & ortum duxerit ex triſtitia, aut ſolicitudine quadam præcedente, aut quouis alio animi affectu, tunc conſiderare oportet imaginationis ſpeciem, aut rationem, aut aliud quoddam eorum, quæ ſubitam mutationem efficere poſſunt: plurimi namque ſic curati ſunt quodam,modo, vel cum vidiſſent audiuiſſent, quæ ea, quæ conſequi deſiderabant, Ita Philodotus Medicus quemdam, qui ſibi caput amputatum eſſe putabat, caſumque de plorabat, curauit impoſito repente capiti ipſius plumbeo pileo, vt grauitatem ſentiens ſe recipere caput rurſus putaret, gauiſuſq; ſit plurimum, atque ideo imaginatione liberatus.

Iam mulierem liberauit, quidā melancholia laborantem hoc pacto, cum putaret illa ſerpentem deuoraſſe, vomitum medicamēto citauit. atque in id, quod reiectum fuit paruā beſtiam per omnia ſimaginationi illius & deſcriptæ, à vana imaginatione ferę ſimilē impoſuit: quare huius quoq; affectum quia ob triſtitiam eius, quod putarat euenit, gaudiū nimirum ſubito accedens diſſoluit, & Altera Mulier ex longa viri peregrinatione melancholia correpta, maritus illius peregre reuerſus, & peater ſpem mulier ipſum conſpiciēs, multo gaudio affecta, ſubito omni metu liberata eſt, & ſanata, ſic igitur niſi affectus fuerit inueteratus, & longo tempore infeſtauerit, tales falſas imaginationes curare oportet omnimodo, omnique artificio vtentem, præſertim vbi malum, à manifeſta quadam, & velu-

ti primaria cauſa,occaſionem habuerit,Sed ſi morbus inueterauerit, & imaginatio in habitum habuerit, neceſſe eſt & mentem arti adhibere,& corpus euacuare, incipiendo ab vniuerſali euacuatione totius corporis,& ſecundum diuerſitatem humoris peccantis, diuerſa conueniunt medicaméta : ſi enim Deſipiétia ſit à ſanguine aduſto, præparandus erit cũ iſtis ſyrupis,vt de cicorea comp.cũ reubarbaro, de pomis compoſito, violato,ſy. de endiuia, de boragine : de epitimo:& de fumo terra compoſito, vt Recipe ſy. de pomis comp. de epitimo,de fumo terræ cõpoſito ana dragmas ſex. Decoctionis lactucæ,violarum meliſſæ,fumo terræ,aut epitimi vncias quinque, miſce pro ſy. capiat in aurora ſpatio ſeptem, aut decem dierum, deinde ſumat medicamẽtum, quod parari poteſt ex confectione Hamech. & ex electuario de Pſillo ana, dragmas tres, ſy. de polipodio magiſtrali vncias tres,cum de coctione cordiali, fiat potus, capiat in aurora, a deſcriptioné huius ſyruppi de polipodio habebis in fine, quod ſi in forma pillularum ſumere poſſit medicamentũ, tunc in iſto caſu conueniunt pillulæ de fumo terra,aureæ,de lapide lazuli, & de lapide Armeno,vt recipe pillularum,de lapide lazuli, dragmam vnã,aurearum ſcrupulos duos, reformentur pillulæ ſeptem, capiat per horam ante diem : Sed ſi peccet naturalis Melancholia aduſta,cõueniunt ſyruppi de ſtycados, de bettonica,de epitimo,de pomis cõpoſt.ſabor

regis,

regis de fumoterra comp.cum decoctione ſti cados,bectonicæ,lactucæ, violarum, polipodij,& ſene:electuaria vero, quæ conueniunt, ſunt,vt cõfectio hamech. Hieralogodiũ,Dia ſena,electuariũ Indum.ſy.de polipodio magiſtrali,& ſyr.de elleboro,cuius deſcriptioné habebis in fine: Pillulæ autem ſint cochiæ cũ elleboro,Inde, fetidæ,de lapide lazuli,arabicæ,de nitro.

Quod ſi materia peccans ſit ipſa Bilis,quę pariat Maniam, tunc in tali caſu conueniunt ſyruppi de papauere, de pomis comp.de fumoterra cõp.de epitimo &c. vt Recipe ſy. de papauere,de fumoterra comp. de pomis cõp. ana dragmas ſex,decoctionis lactucæ, violarũ,epitimi, polipodij vncias quatuor, in qua leuiter bulliat foliorum ſene dragmam vnã, miſce pro ſy. capiat in aurora per ſeptẽ, aut decẽ dies: nota quod ſemper miſcenda ſunt ea,quæ apta ſunt humectare,& cõciliare ſomnum: poſt aſſumptos ſyruppos paretur medicamentum ex electuario de Pſillo, ex hieralogodione, Indo,& confectione hamech.& confectione anachardina,cõfectio enim Anacardina maxime confert,nõ ſolum ad omnes affectus frigidos totius corporis, ſed præcipue ipſius cerebri, ſanguinem enim puriorẽ reddit vnde & ſpiritus puriores generantur,Ego autem laudo vſum huius confectionis, poſtquam facta fuerit totius corporis vniuerſalis euacuatio, tũc tuto poterimus exhibere ſummo mane dragmã vnã huius confectionis,ſe-

mel,aut bis in hebdomada: Qđ ſi pillulis vti velimus,tūc conueniūt pillulę cocchiæ cū elleboro,de lapide Armeno, de ſarcocolla ,de nitro , arabice,vt recipe electuarijIndi dragmas duas,hieralogo dionis dragmā vnā & ſemis.ſy.de polipodio mag. vel de eleboro vncias duas , cū decoctione cordiali fiat potus, capiat in aurora,vel ſic,recipe pillularum de colloquintida, de nitro ana ſcrupulos duos, reformentur pillulæ quinque, capiat per horam ante diem .

Hic tamē vnum aduerten.eſt ꝙ in Deſipiētia non conueniunt medicamenta valde calida , nō ſolū quia cum maxima caliditate ferè ſemper iuncta eſt ſiccitas,q̄ morbū auget, vnde periculū eſt, ne atrābilē exuramus, aut de nouo altera generetur,quoniā atrabilis, quæ iſtū morbū parit,generatur per aduſtionē, & ideo ſemper cū medicamētis, miſcenda ſunt ea, quæ acta ſint humectare,& remittere acrimoniā,& eorum intenſam caliditatē,vel ſaltim ſpatio duarū horarum poſt aſſumptū medicamentum exhibendū erit ius pulli, ꝙ maximam habet vim humectandi: Biduo poſt aſſumptū medicamentū , applicandæ ſunt tres aut quatuor hirudines venis hæmoroidalib. quę ſunt in ſede,& extrahātur vnciæ octo ſanguinis,ſanguis.n.qui educitur per illas venas eſt melancholicus, craſſus,& feculentus,& ne quotidie noua materia per aduſtionē in vniuerſo corpore,aut in capite degeneret in atrā bilē,quæ deſipientiam augeat: ideo laudo , vt

bis

bis in hebdomada per duas horas poſt cenã, ſumat æger ſcrupulum vnum pillularum cocchiarum cũ eleboro, aut de nitro &c. ad hoc vt humor, qui quotidie per aduſtionem, generatur, quotidie etiam euacuetur: pręmiſa vniuerſali euacuatione totius corporis, tunc debemus euacuare peccantem humorem exiſtentem in capite, non autem ſanguinis miſſione, vt perperam creditur, vt diximus ſupra ſed medicamentis, & cum pillulis, quæ aptæ ſint educere materiã à capite, vt ſunt pillulæ à nobis deſcriptæ: ſed morbo iam confirmato, ad tollendam malam intemperiem frigidam, & ſiccã ipſius capitis, neceſſe eſt ipſum caput excaleſacere, & humectare quantũ frigefactum, & exiccatum fuerit, vltra naturale temperamentum, hoc autem faciendum erit lotionibus, & fomentis calidis, & humidis, ex alto loco geſtatim cadentibus, caput totũ abluendo mane, & ſero quare abraſo capite, foueatur locus comiſſuræ coronalis, aut vniuerſum caput cum ſequenti lotione calida, vt Recipe florũ camomillæ, florum ſticados, violatum, maluę, roſarum rubearum, anethi, meliloti, ana manipulum vnum, bulliant in decoctione capitis caſtrati. q. ſ. coletur, & colaturæ adde olei camomellini, violati, roſati, ana vncias tres, miſce cum ſpongijs fiat fomentum calidum vniuerſo capiti, vel fiat duccia guttatim ex alto cadente mane, & ſero ante cibum per horam, ſpatio viginri dierum, docet enim Gal. quod oleum ſic mixtũ *2. ſimp. fac. c. 25.*
 cum

cum aqua magis humectat, & magis adhæret, quam ſola decoctio ſine oleo, quare mane, & ſero per dimidiam horam caput ſic fouendum erit cū prædicta decoctione; & hæc decoctio omnibus duobus diebus renouanda erit: Hic tamen notandum eſt, quod ſi in prędicta melancholia ſint vigiliæ continuæ, aut æger fuerit Maniachus, adeo vt cerebrum, & vniuerſum caput exiccatum fuerit intenſe, tunc in prædicta decoctione ad conciliandū ſomnum, & magis humectandum, addamus folia & capita papaueris albi numero quatuor, hioſciamum, & nimpheam, lactucā, &c. ex iſta enim lotione, non ſolū remittitur mala intemperies, frigida, & ſicca ipſius capitis, ſed etiam remittitur acrimonia, & ſiccitas malorum vaporum, qui feruntur ad caput, quare ſi morbus iſte ortum ducat à mala habitudine totius corporis, & mala temperatura frigida, & ſicca, eo quia vniuerſum corpus ſit melancholicum, tunc in tali caſu, præmiſſa

Balneum. vniuerſali euacuatione, conuenit Balneum aquæ dulcis, eo quia principalis intentio in melancholia, & mania eſt humectatio, conuenit igitur vniuerſum corpus humectare, cum totum fuerit exiccatum, & ideo ſingulis diebus mane, & ſero, aut ſaltem ſemel in die ponatur æger in balneo aquæ dulcis, & aqua tepida ſit non calida, vbi maneat ſpatio vnius horæ plus, vel minus, prout vires ſunt ferendo, ſpatio triginta, aut quadraginta dierum; fugienda ſunt balnea mineralia, vt quæ calida

lida ſunt, & ſicca: Eſto igitur, quod balneis, & fomentis remota fuerit mala intemperies frigida, & ſicca ipſius capitis, quæ apta erat generare atrambilem, non tamen poſſumus dicere, curatum, & ſanatum eſſe morbum, niſi remoueatur, & euacuetur Humor Peccans iam fixus, & firmatus in capite; & cum difficile ſit illum euacuare cum medicamento, ideo faciendum erit cauterium in vertice, vel innucha, a multis laudari etiam ſolet in crure ſiniſtro infra genu, Ego autem laudo, vt abraſo capite ſcindatur in cruce, & fiant duo, aut tria cauteria, cum oſſis perforatione, eo quia faciunt ad vaporum exalationem, & ſunt in cauſa, vt materia aduſta fixa in capite euacuetur, & reſoluatur. Vidi ego hic Romę melancholicum, qui adhibitis multis præſidijs nunquam potuit ſanari, ſed cum gladio fuiſſet vulneratus, & craneum fractum optime ſanatus eſt, licet tranſacto anno cum dimidio eadem laborauit melancholia: Et alterum vidi ego valde melancholicum, qui ex alto loco voluntarie cadens, fracto craneo, liberatus eſt a Deſipientia, & factus omnino ſanus non ſine maxima aſtantium, & ſui admiratione: maxime igitur conferunt Cauteria multa in capite, dummodo ſaltim vſque ad os peruenerint, quod ſi vnum tantum fiat cum oſſis perforatione, tanto melius, eo quia vapores & exalationes acres, & fuliginoſæ, quæ à toto corpore deferri ſolent ad caput, vel *Cauteriũ.*

quod in capite generentur, niſi habeant exitum, vt poſſint reſolui, facile exiccant cerebrum, eius membranas, & vniuerſum caput, & Deſipientiam pariunt: Hic tamen diligenter notate, quod veſicatoria, vt quæ calida ſint, & ſicca non conuenire in iſto morbo, & ſi perperam a quibuſdam laudari ſolent, quia magis exiccando augent morbum, & ſua intenſa caliditate, Humores magis adurunt.

Serum. Quod ſi prædicta præſidia non conferant, laudo, vt ſpatio triginta dierum, ſumat ſummo mane vncias ſeptem huius ſeri caprini, quod etiam poterimus exhibere antequam fiant cauteria, pro totius corporis mundificatione, & Peccantium Humorum euacuatione, quod quidem ſic parare ſoleo: vt Recipe ſene Orientalis dragmam ſemis, epitimi, paſſularum, polipodij minutim inciſi, & contuſi, ana ſcrupulum vnum, ellebori nigri ſcrupulum vnum, & grana ſeptem, cinamomi grana decem, ſeri caprini libram vnam, in quo bulliant prædicta omnia ſecundum artem, coletur, capiat in aurora. Et cum in iſto morbo, vigiliæ maxime infeſtant, ideo quantum fieri poteſt, conciliandus erit ſomnus, non ſolum inungendo tempora, & nares cum vnguento populeonis, & oleo neupharino, vt recipe vnguenti populeonis vnciam vnam opij grana quatuor, croci granum vnum, olei neupharini quantum ſufficit fiat linimentum,

Quæ ſomnum conciliat.

quo

quo iungantur tempora, & nares, adhoc idem maxime confert lac caprinum diu in aliquo vaſe agitatum, vſquequo fiat ſpuma deinde accipiatur, petia madefacta in dicta ſpuma, & raſa anteriori parte capitis, applicetur ſepius commiſſuræ coronali; aut recipe ſeminis iuſquiami albi dragmas duas, bulliãt in vini albi dulcis vncias tres, vſque ad conſumptionem medietatis, & petia madefacta in dicto vino, ſæpe apponatur naribus, & temporibus: ſed ſi talia ſomnum non conciliant, poterimus per horã poſt cenã, exibere vncias duas de ſyruppo de papauere, cum vncia vna decoctionis lactucæ; aut ſic fiat emulſio ſeminum papaueris albi cum aqua violarum, & emulſio ſit ſpiſſa, ad ſpiſſitudinem ſyruppi, cui adde parum ſyruppi violati & per horam poſt cænam detur vnum cocleare, & ſi non ſufficit, recipe requiei Nicolai dragmam vnam aquæ lactucæ, & nenupharis ana vnciam vnã miſce, capiat media nocte: aut ſic, recipe Zuccari roſati dragmas duas, opij grana duo, fiat bolus, capiat per duas horas poſt cenam, aut ſic. Recipe foliorum ſalicis, lactucæ, florum camomille, roſarum rubearum, violarum, florum nenupheris, ana manipulum vnum, capitum papaueris albi numero tria, ſeminis iuſquiami albi dragmas duas cum dimidio, bulliant in ſufficienti aqua cui adde, olei roſati, violati, nenufarini camomellini ana vnciam vnam cum dimidio, aceti roſati vncias duas, raſo capite cum petijs lineis fiat fomentum

ca-

capiti. Particularia remedia, quæ admoueri, & preſcribi ſolent pro curatione melancholię, & maniæ, quamplurima ſunt, & primo eſt illud vulgatiſſimum, vt quolibet mane ſumat, tria oua ſorbilia, & continuabis quouſque aſſumpſerit cētum, & vnum ouum cum ſequētī puluere parum perſupra aſperſo ouo.

Recipe Epithimi, thimi ana dragmas duas ſacchari albi vnciam vnam, croci grana tria, cinamomi dragmam vnam; miſce fiat puluis ita quoque cinis Teſtudinis vſtus potus cum vino, omnem inſaniam curat, ſicuti, & inungere caput, pręſertim commiſſuram coronalem cum adipe ſchrophe: carnem lupinam comendat Raſis; caro pulli accipitris & noctuæ cum ſucco maioranæ coctę ſanat melancoliam, & cordis palpitationem: ſicuti ab Alexandro *lib. 1. c. 16.* Tralliano laudatur lapis Armenus, ſeu pillulæ de lapide Armeno: Mus, aſſus, & comeſtus ſanat Maniacos; hoc idem preſtat raſura cornu Rinocerotis, pota cum vino: anuluſque ex Aſini vngula pedis dextri anterioris, geſtatus ſanat maniacos: ita & dens equi capiti appoſitus, & lapis lazuli geſtatus.

Et quoniam in deſipientia non ſolum lædi tur cerebrum ſed etiam cor, cum cerebrum, & cor ita inuicem conſentiunt, vt vnum non læditur, quin & alterum patiatur, lædi autem cor in iſto morbo probatur, quoniā non poſſunt lædi operationes ipſius mentis, vt imaginatio, diſcurſus, & memoria niſi lædantur ſpiritus animales, qui ſunt inſtrumētū harū operatio

ratio

rationũ,vt dicebamus à principio,quoniam ſpiritus animales, generãtur tanquam ex ma teria,ex ſpiritu vitali, ideo vbi ſpiritus vitalis optimus fuerit, etiam ſpiritus animalis erit optimus,&cum ſpiritus vitales generentur in ventriculo cordis, ideo adhoc vt generentur optimi ſpiritus fouendum erit cor,&conſeruare facultatem,& temperamentũ ipſius cordis, vt bonos ſpiritus generet,hoc autem faciendum eſt, cum epithematibus. vt Recipe quatuor aquarum cordialium ana vncias octo, vini maluatici, aceti roſati ana vncias tres,ſpecierum pro epithemate cordis dragmas ſex, cum petijs rubeis fiant epithemata cordi, & poſtea inunge cor cum oleo de corticibus, aut de ſeminibus citri, aut cum vnguento cordiali,& ſic mane, & ſero per multos dies; conueniunt etiam ea, quæ letificant cor, & vires reſtaurant, vt ſunt mirabolani conditi. Diarodon,diambra, diamargariton vt ſic Recipe Diamuſci dulcis, Diamuſci amari ana dragmas duas, ſaccari violari, ſy. depomis & de agredine citri ana vnciã vnã miſce fiat electuarium de quo capiat vnum cocchleare per horam antecibum,poterimus etiam vti alternis diebus per duas horas ante prandium ſemel in die, ſcrupulo vno confectionis alchermes diſſolutę,aut cum vino,aut cum aqua melliſſe,cor enim, & totum corpus & mentem letificat : ſed ſi æger diues fuerit, poterimus parare hoc electuarium,vt Recipe corticum citri, Zedoariæ, doronici carabæ,

coral-

corallorum rubeorum ana dragmam vnam, ſericicrudi minutim inciſi, been albi, & rubei, folij, ſpicæ, cardamomi, gariofillorum, anthos, calami aromatici, ana dragmas tres, oſſis de corde cerui margaritarum perforatarum, rubinorum, iacinthorum, ſmaragdorum ana dragmam vnam, ſampſuci, ſticados arabici ana manipulum vnum, auri bractearum, ſchobis argenti ana dragmam mediam floris blugoſſi, tormentillæ, ſtiracis calamitæ ſpodij ſeminum baſiliconum, macro piperis ana dragmam mediam, Moſchi fini, ambræ optimæ ana ſcrupulum vnum, Zuccari quantum ſufficit fiat electuarium, de quo capiat ſummo mane ſingulis diebus vnciam mediã.

Verum potiſſima, ac principalis melancolię, & præcipue Maniacorum curatio conſiſtit, vt compedibus obſtricti detineantur, & ſemper aſperrimis minis deterreantur, atque etiam verberibus afficiantur, & in quolibet eo rum verbo ſiue indecenti actu, acriter plagis cedantur, tum omnia præter eorum voluntatem operari conuenit, maximoq; metu & for midine eos gubernantium cuſtodire, qui nun quam niſi turbata facie coram eis appareant terribilem ac minacem vultum pre ſe ferentes, & manibus ferulam geſtantes: & ſolo hoc procedendi modo, abſque vlla alia curationẽ nonnullos prorſus conualuiſſe, plurimis vero inſaniam fuiſſe imminutam vidi: At ſi humaniter, & mitius gubernentur, & dicta omnia vel facta eorum tollerentur, tantum abeſt

vt

vt conualeſcant, quin potius deteriores multo efficiantur, prout ego ab hinc decem annis, diligenter obſeruare potui, dum non modo Xenodochij inſanos curaui, verũ eos, qui in tota Vrbe reperiuntur, cuius quidem rei ratio talis eſſe poteſt, cum enim ob ſalſas imaginationes fiant homines melancholici, eo quia vana, & falſa imaginantur, & durante tali falſa imaginatione, perſeuerat deſipientia ſicuti vbi remoueatur talis vana, & falſa imaginatio, ſtatim ceſſat deſipientia, ideo vbi minis detereantur, & verberibus afficiantur, ex tali metu, & maximo timore, diſtrahuntur ab illa falſa imaginatione, & tota mens & totus animus eſt adeo intentus, & occupatus circa illa externa pericula, vt circa carcerem, ligamenta, verbera, vt non amplius vana & falſa imaginetur, quę prius imaginabatur, ſicuti & æger à maiori moleſtia, & periculo, & maiori morbo vexatus, non curat, nec ſentit minorem morbum, & ideo quid mirum ſi vbi fuerit ex tali metu & timore liberatus à falſa illa imaginatione liberetur etiam à deſipiẽtia.

Syruppus de Elleboro.

Recipe ellebori nigri vnciam ſemis, ſucci pomorum dulcium vncias decem, radicum borraginis, bugloſſi, polippodij querci ni, epitemi, ana vnciam vnam, folliculorum ſene, folliorum ſene, camepite os, ſticados, ana dragmas ſex, florum borraginis, blugoſſi

fumo-

ſumoterre,lupulorum ana pugillos duos, capillorum veneris,fumiterræ, acrimoniæ, camedrios ana manipulum vnum,ſquinanti vnciam ſemis, omnia ſecundum artem tractentur, fiat decoctio in aqua vſque quo remaneant duę libræ, & dictæ colaturæ,adde prędictum ſuccum pomorum,ſaccari albi libras duas, & fiat ſyruppus de quo capiat vncias duas pro vice.

Siruppus de polipodio magiſtralis.

RECipe polipodij quærcini recentis,librã unam, epitimi,radicum bugloſſi, radicũ boraginis,ſticados cretenſis, paſſularum, prunorum ana unciam unam, corticum ellebori nigri præparati,liquiritiæ raſæ,ſeminis feniculi,turbit,agarici optimi, ana vnciam ſemis fumoterræ,thimi meliſſæ, bettonice ana manipulum vnum, ſene orientalis libram ſemis cinamomi,nucis muscatę ana dragmam vnã croci,dragmam ſemis,aquæ communis quãtum ſufficit,fiat decoctio ſecundum artem, & & maneant in infuſione hęc omnia per totam noctem,poſtea coletur, & accipe ſucci fumoterræ libras decem,ſucci lupulorum, bettonice ana libram ſemis, ſucci pomorum libram vnam, ſacchari fini quantum ſufficit, fiat ſyruppus de quo capiat vncias quattuor pro uice ſummo mane bis, aut ter in menſe.

Deſipientia vero,quæ Sequitur paſſionem hypocondriacam,ex curatione illus affectus cura-

curari ſolet, cum ſit accidens, & ſymptoma illius morbi.

Quid ſit Chriſis, quotuplex, & quæ conditiones requirantur ad optimam Criſim.
Cap. II.

CVm nobis fututus ſit ſermo de ipſa criſi, videndum erit. primo quid nomine criſis intelligat Hipoc. & Gal. ſecundo quid ſit. Tertio quotuplex. Quarto & vltimo quænã cõditiones requirãtur, ad hoc vt criſis ſit optima, & perfecta. Quoad primum dicatis, quod Grecis dicitur Criſis, aput latinos appelatur Iudicium, hoc autem nomen iudicij, vt fatetur Gal. non fuit inuentum à medicis, ſed ab aſtantibus, qui maximam videntes infirmi agitationem in ipſa criſi, ipſum eſſe veluti ſub Iudice conſtitutum, iudicium expectantes de vita, & morte ipſius ęgrotantis, inde poſtea criſis dicta fuit iudicium, ſicuti iudicium appellatur ab Hipoc. dum dicit, Quæ iudicantur, & iudicata ſunt integre &c.

1. de dieb. decret. c. 1. 3. de criſ. cap. 2.

1. aph. 20.

Hæc igitur Criſis tribus modis accipi ſolet, vt fatetur Gal. primo modo pro perturbatione precedente ipſam euacuationem, quomodo ſumitur ab Hipoc. 2. aph. 13, quibus criſis futura eſt, his nox precedens grauis, & ſi quæras, quænam perturbationes precedere ſoleant ipſam criſim, dicatis eſſe multa accidentia, & ſæua ſymptomata qualia recenſentur à Gal. & Hipoc. dum dicunt, quod futu-

1. de criſ. c. 1. 2. decretiſ c. vlt. 2 aph. cõ. 13

1. aph. 12.

futuram criſim precedere ſolent, animi deliquium, delirium, ſitis, vigiliæ, inquietudo, oculi tenebricoſi, & lacrimantes, dolor capitis, difficultas reſpirationis, faſtidium ventriculi, nauſeæ, ſomni turb lenti, cordiſque palpitatio &c alia ſæuiſsima ſymptomata, adeo vt multi ex aſta ntibus, credunt ægrũ iã iam moriturum, & mirantur, quod paulò poſt, facta aliqua magna euacuatione, ſtatim, & ſubito æger ſanetur: non tamen credendum eſt, omnia iſta accidentia apparere in omni criſi ſed quædam iſtorum: & qua ratione factum eſt dicetis vos, vt ante futuram criſim, precedere ſoleant adeo magna, & ſæua ſymptomata.

2.aph.com. 13. Reſpondet Gal. hoc eſſe ex maxima pugna quę fit tunc temporis inter morbum, & naturam. Cum enim criſis ſit ſubita mutatio ad ſalutem, vel mortem, iſta autem mutatio fieri ſolet, dum humores peccantes, & facientes morbum euacuantur à natura, non poſſunt autem bene, & commode educi, niſi prius facta concoctione, & ſeparatione boni à malo, ſic docet Gal. in illa igitur ſeparatione, & *4.aph.com. 22.* euacuatione maxima fit agitatio, & peccantium humorum commotio & perturbatio, ex qua agitatione eleuãtur vapores aut portio illius peccãtis humoris quę delata ad diuerſas partes, diuerſa parit ſymptomata, vt ſi ad cerebrum parit vertiginem, delirium, vigilias, dolorem capitis, ſomnolentiam, &c. ſi ad ventriculum, nauſeam, dolorem, vomitum: ſi ad lin-

ad linguam ferantur pariunt, linguam nigram, aridam, amaritudinem, &c. non eſt igitur mirum, ſi quibus criſis futura ſit, ex humorum agitatione magna, & ſæua fiant ſymptomata.

Secũdo modo ſumitur criſis, pro euacuatione humoris peccantis facientis morbũ, & ſic omnis euacuatio tipeccãtis humoris, quæ fieri ſolet à natura per ſeceſſum, per ſudorem, aut fluxũ ſanguinis è naribus, per hemoroidas aut per vrinã, dicitur criſis, quę ſi facta fuerit a natura bene, & optime operante, dicitur perfecta criſis, ſicuti ſi fiat à natura male operãte dicitur criſis ſymptomatica, & hoc ſecũdomodo cõmuniter ab oĩbus appellari ſolet criſis.

Tertio & vltimo ſumitur criſis, pro ſubita, & repentina mutatione ad ſalutem, vel mortẽ quæ quidem ſubita mutatio, ſequi ſolet illã euacuationem peccãtis humoris, eo quia ex euacuatione peccantium humorum facta à natura bene, & optime operãte ſanatur ęger ſicuti vbi fiat cũ maxima virium iactantia, aut à natura male & immodice operante, ſtatim, & ſubito poſt illam euacuationẽ moritur æger. Hic tamen notandum eſt, quod licet criſis magis proprie, & principaliter ſumatur tertio modo vt docet Gal. dicendũ eſt tamen cõprehẽdere ipsã criſim omnia illa tria ſignificata. *1. de criſi. c. 1.*

Secũdo ſciendũ eſt, ꝙ criſis, eſt in duplici differẽtia, prout humores peccãtes, qui euacuari ſolẽt à natura, duobus modis poſſunt educi, prima eſt criſis, ſeu euacuatio, quæ fieri *3. de criſi. c. 2.* *2. aph. com. 13.*

ſolet à natura bene operãte:Secũda quæ licet
fiat à natura, cum tamen fiat à natura male
operante, dicitur mala, ſeu ſymptomatica
euacuatio:ſed Criſis primo modo ſumpta fa-
cta à natura bene operante,adhuc eſt in dupli
ci differentia, quoniam aut eſt integra,& per-
fecta facta à natura bene, integre & perfectæ
operante quando. s. euacuantur à natura om
nes humores peccãtes facientes morbũ,cuius
2. aph. 20. meminit Hipo.dũ dicit Quæ iudicãtur, & iu-
dicata ſunt integre &c. Altera vero eſt Criſis,
quæ licet fiat à natura bene operante, eſt ta-
men diminuta, & imperfecta,cum in tali eua
cuatione,non educantur omnes humores pec
2. aph 12. cãtes cuius meminit Hipoc.& Gal.Quę relin
quuntur in morbis recidiuam facere conſue-
1. aph. 21. uerunt, & alibi dum dicit, quo natura vergit
eo ducere oportet, per loca conferentia &c.

Et quomodo dicetis vos cognoſcam ego,
an criſis,& euacuatio,quæ fit à natura ſit na-
turalis,vel ſymptomatica, & eſto quod ſit na
turalis,an ſit integra,vel diminuta?

Reſpondeo hoc facile cognoſci, proprijs
quibuſdam ſignis,quæ nobis oſtendunt,an e-
uacuatio, ſeu criſis ſit bona, vel mala, prout
vij.ſunt conditiones,quę neceſſario requirun
tur ad optimam & perfectam criſim.

1. de dieb. Prima,vt appareant ſigna perfectiſſimæ cõ
decret c. 2. coctionis ſic docet Gal. Non enim erit bo-
3. de criſ. c. na euacuatio, niſi fiat apparentibus ſignis
3. 1. aph. 20 perfectiſſimæ concoctionis, & cum hæc ſigna
non appareant, niſi in vltima parte ſtatus,

vel

vel in declinatione vniuerſali ipſius morbi, hinc etiam factum eſt, quod euacuatio, quæ fiat ante ſtatum, vel declinationem, non erit bona, ſed ſymptomatica, & ideo criſis, & euacuatio quæ fieri ſolet à natura bene, & optime operante, nunquam fit, niſi in vltima parte ſtatus, vel in declinatione vniuerſali ipſius morbi, Vnde docet Hipoc. concocta medicari, mouere non cruda. *1. aph. 22.*

Secũdo vt in tali Euacuatione, educatur humor peccans, & faciens morbum, ſi enim peccet bilis & educatur pituita, iſta euacuatio nõ erit bona, ſic docet Hipoc. ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter, & fertur ſin minus, è contra. Sed eſto, quod educatur humor peccans, & concoctus, tamen iſta euacuatio non erit bona, ideo requiritur. *1. aph. 2. & 25. 4 aph. 3.*

Tertia cõditio vt iſta Euacuatio fiat in die critica, docet. n. Hipoc. quod febres, quæ ſine bonis ſignis, nec in diebus criticis finitæ ſunt ferè reuertuntur, & ideo dicit Hipoc. morbi acuti in 14. diebus iudicantur, ideſt nõ bene iudicantur, niſi iudicentur in aliqua die critica, cum omnes dies critici numero ſint 14. vt in noſtris Commentarijs, exponendo illum aphoriſmum declarauimus, ſed cum ſit impoſſibile, vt fieri poſſit perfecta criſis in aliqua die critica, niſi fuerit indicata in die indicatoria precedẽti, vt ſupra declarauimus, ideo optima euacuatio, vt docet Gal. debet eſſe indicata in die indicatoria, vt ſi criſis futura ſit in 7. debet eſſe indicata in 4. &c. vt clarius de- *3. progn. 27 4. aph. 36. 2. aph. 23. lib. 1. c. 8. 3. de criſ. c. 10. 1. De dieb. decr. c. 11.*

claraumus.2.aph.como. 24. Sed nec dicitur bona euacuatio,&ſi educatur humor peccans concoctus in die critica,quoniam ſi educeretur per loca exulcerata, & per loca non confe rentia, iſta euacuatio non erit bona ideo.

Quarta requiritur conditio, vt iſte humor educatur per loca cõferentia,ſic docet.Hipo. quo natura vergit,eo ducere oportet per loca cõferentia, & Gal.declarat rẽ cum exẽplo,pa tiente,&laborãte epate, ſi fiat criſis per fluxũ ſanguinis è nare dextra, quia in tali euacua tione,ſeruatur rectitudo,& fit per loca cõferẽ tia, iſta euacuatio erit bona ſed ſi fieret è nare ſiniſtra erit mala,cũ nõſeruetur rectitudo,nec fiat per loca conferentia,ſed quæ nam ſint lo ca conferentia, per quæ fieri debeat optima euacuatio,declarauimus ſupra.

1.aph.20.

lib.1.c.9. Quinta eſt neceſſarium, vt iſta euacuatio ſit tuta. i.vt fiat cum tollerãtia,ita vt vires ap tæ ſint poſſe cõmode,& bene tollerare preſen tẽ euacuationẽ, eo quia quãdoq; cũ ipſa criſi fiunt adeo ſęua accidẽtia,& virtus eſt adeo de bilis,vt facile ſuccumbat,vnde iſta euacuatio ſimul,& ſemel morbũ,peccantes humores, & vitã euacuat,& dicitur Victoria cadmica:Re quiritur igitur ad optimam euacuationem, tollerantia virtutis,vt docet Hipoc.cognoſce re optimam euacuationem ex tollerantia.

1.aph.2.25.

Sexta optima euacuatio debet eſſe manifeſta & nõ occulta,vbi enim occulta fuerit erit periculoſa,cum dubitari ſoleat, quo natura vergit,tunc autem dicitur euacuatio manifeſt.

quan-

quandoque ſit ſenſibilis extra corpus, vt fiat per ſeceſſum, vrinam, ſudorem, fluxum ſanguinis è naribus, aut per hæmoroidas, vel per menſtrua, ſed ſi peccantes humores non educantur ad extra per manifeſtam euacuationē, ſed fiat criſis per abſceſum eo modo, quo docet fieri Hipoc: in morbis longis, iſta non dicitur perfecta euacuatio, cum pro ſolutione præſentis morbi, nouum morbum inducat.

Septima talis euacuatio ſit integra, & perfecta tunc autem dicitur perfecta, quando in tali euacuatione, & Criſi, educūtur, & euacuātur à natura, omnes humores peccantes faciētes morbum, quia vbi aliqua portio, vel reſiduum peccantis humoris, remanſerit, quod à natura non fuerit eductum, tunc talis euacuatio dicitur diminuta, & imperfecta, nec ēt dicitur bona, quoniam vt docet Hipoc. quæ relinquuntur in morbis recidiuam facere cōſueuerunt: quare vbi in ſocrate ægrotāte facta fuerit à natura diminuta, & imperfecta criſis recidiuam timere, oportet, dicatis igitur eſſe neceſſarium vt in optima, & perfecta criſi, educantur omnes humores peccantes.

Quare illa erit optima criſis, & perfecta euacuatio, in qua educitur ſolus humor peccans cōcoctus, in die critica, per loca cōferētia extra corpus ſenſibiliter, totus, & cū tollerantia.

Sed ſi humor, qui euacuatur non fuerit peccans nec concoctus, educatur in die non critica per loca non conferentia, iſta dicitur criſis ſymptomatica, facta à natura male operante

Sicuti eſto: quod educatur ſolus humor peccans, concoctus, in die critica, per loca conferentia, ſi tamen aut non totus educatur, aut ſi educatur totus, non ſit cum tollerantia; vel ſit criſis per abſceſſum, & per modum permutationis, tunc iſta criſis licet ſit facta à natura bene operante, erit tamen diminuta, & imperfecta: facile igitur ex ijs erit cognoſcere, an criſis ſit bona, vel ſymptomatica, & an integra, vel diminuta.

Hic tamen notandum eſt, quod non ſolum iſte cõditiones, neceſſario requiruntur ad optimam criſim, ideſt ad euacuationem, quę fieri ſolet à natura, ſed etiam ad euacuationem quæ fit ab arte cum medicamento, ſaltẽ vt non dicatur optima euacuatio niſi educatur totus humor peccans per loca conferentia, & cum tollerantia.

In quibus morbis expectanda ſit criſis, et quomodo iudicari ſoleant morbi longi.
Cap. III.

MOrbi omnes, ſunt in duplici differentia, quidam dicuntur materiales, quoniam ortum ducunt ab humoribus peccantibus, aut nimia quantitate, vel mala qualitate: Alij vero dicuntur immateriales, eo quia non ortum ducunt ab humoribus, vt ſunt ſimplices intemperies ſine materia, febris Diaria, & Hectica, in quibus humores non peccant, cum iſti morbi non fiant vitio humorũ

ſed

ſed à ſola mala intemperie, calida, aut frigida, ſicca, vel humida.

Quæritur igitur, an in omnibus iſtis morbis, expectanda ſit criſis. Reſpondeo quod cum Criſis ſit euacuatio humorum peccantium, & fieri ſoleat à natura bene operantè, ideo in illis morbis, in quibus humores non peccant, ſicuti ſunt morbi immateriales, nulla eſt expectanda criſis, ſed ſolum erit expectanda in morbis materialibus, in quibus peccantes humores, poſſunt à natura bene operãte educi, & euacuari. Hinc igitur colligatis, quod morbi in materiales, nulla egêt euacuatione cum euacuatio competat ſolũ humoribus peccantibus, ſed curantur per ſimplicem alterationem, ad ſuum contrarium, vt eſt febris Diaria, Hectica, & omnes ſimplices inflãmationes, & intẽperies ſine materia: vt ſi fuerit intemperies & morbus calidus, curatur ſolũ refrigerantibus, ſi ſiccus, humectãtibus &c. ſine vlla euacuatione.

Sed cũ morbi materiales ſint in duplici differentia, lõgi, & acuti, morbus lõgus, ſeu cronicus, eſt ille, qui traſcendit. 40. dies, ſicut ille dicitur Acutus, qui terminari ſolet ante 40. diẽ, & iſte adhuc eſt in quadruplici differẽtia, aut primo morbus per peracutus, qui iudicatur ante 4. diẽ, veluti ſunt morbi, qui extremi dicũtur ab Hipo: vt Angina, Apopleſia &c. ſecũdo ſũt morbi peracuti, q licet pertranſeãt. 4. diẽ, ſolent tamẽ iudicari. 7. vel ante ſeptimã. 1. aph. 6.

Tertio ſuntmorbi, qui dicũtur acuti ſimpli

citer qui non tranſcendunt 14 diem ſed ſpa-
2. aph. 23. tio 14. dierum ſolent iudicari, vt docet Hipo. Quarto & vlt. ſunt morbi, qui dicuntur acuti ex decidētia, eo quia cũ pertrãſeant 14. diẽ, iudicari ſolent 20. & quandoq; 40. die. Morbi vero, qui pertranſeunt 40. diem non dicuntur
4. aph. 36. amplius acuti ſed longi, ſic dicit Gal.

Ex his dico, quod perfecta criſis, fieri ſolet in morbis acutis, & in acutis eſt expectãda cri-
4. aph. 36. ſis. Nã vt docet Gal. morbi lõgi qui pertranſeunt 40. diem nõ admodũ cõſueuere iudicari per ſudorẽ, vt nec omnino per excretiones ſed vel per cõcoctionẽ, vel per abſceſsũ, nec tamẽ in omnibus acutis ſemper fit criſis, cũ multi ſint morbi acuti vt docet experiẽtia, qui terminãtur ſine criſi, & ſanãtur abſq; vlla euacuatione per ſolã cõcoctionẽ, vel per paulatinã
12. meth. med. c. 3. 3. de criſis c. 1 ſolutionem, vt ẽt fatetur Gal. Quare pauci sũt morbi acuti, in quibus moliatur natura optimam, & perfectam criſim, & ideo valde raro videmus morbos, terminari per criſim, ſed quando fit, ſemper fieri ſolet in die maioris afflictionis, & exacerbationis, & ratio eſt, quoniam cum in tali die humores ſint in motu, & in maxima agitatione, ita quoque facilius excernuntur, & euacuantur à natura, & ideo fit criſis: & cum morbi acuti ſoleant exacerbari diebus imparibus, ita quoq, factum eſt, vt & criſis in morbis acutis fieri ſoleat diebus imparibus, vt ſeptimo, nono, vndecimo decimo quarto &c. diebus criticis, qui quidẽ dies critici nõ cõſiderantur, nec dicuntur critici, niſi

in morbis acutis, qui non tranſcendunt 40. diem, quoniam vltra 40. diem non conſiderātur dies critici (vt declarauimus in noſtris cōmentarijs in aphoriſmis, in 2.aph.in com. 23.) qui diſtinguuntur per numerum quaternarium, cum morbi longi, qui pertranſeunt 40.diem, iudicari ſolent per vigeſimos dies, vt in 60.80.100.&c. Morbi vero lōgi quomodo ſoleant iudicari, & terminari, docet Gal., 4.aph. 36. dum ſic dicit, morbi longi non admodum cō ſueuere iudicari per ſudorem, vt nec omnino per excretiones, ſed vel per concoctionem, vel per abſceſſum: Pro cuius declaratione notandum eſt, quod criſis, quæ fieri ſolet à natura, aut eſt perfecta vel imperfecta, illa dicitur perfecta criſis, quæ habet omnes illas conditiones quas ſupra poſuimus ſuperiori capite, ſed tunc dicitur imperfecta non ſolū quando ſit diminuta, ſed quando peccantes humores non euacuantur à natura ad extra corpus per ſenſibilem, vel manifeſtam aliquam euacuationem, ſed à natura deferuntur ad debiliorem, vel ignobiliorem partem noſtri corporis, & iſta dicitur criſis facta per abſceſsū: & cum natura ſemper ſolita ſit deducere, & tranſmittere Peccantes Humores à partibus nobilioribus, ad ignobiliores, vt ſi humores peccant in venis magnis, ne ibi pariant fěbrē ſinocham, natura ſi valida fuerit illos tranſmittit ad venas minores, ſed ſi fortior ſit, deducit ad extra venas, & fit febris intermittēs, idem contingit, dum natura molitur criſim;

quoniam

quoniam ſi virtus valida fuerit, tunc peccantes humores euacuat, & deducit ad extra corpus, illos euacuando per ſenſibilem aliquam euacuationem, vt per ſudorem, per ſeceſſum, per fluxum ſanguinis &c. Sed ſi virtus debilior ſit, vt non poſſit illos ita manifeſte, & ſenſibiliter euacuare, tunc conatur illos deducere, & tranſmittere ad ignobiliores partes; & quoniam partes glanduloſę, quę ſunt poſt aures, vel ſub alis, & in vtroque inguine, quæ dicuntur Emuntoria, factæ ſunt à natura vt recipiant excrementa, & ſuperfluitates cerebri, cordis, & Epatis, ideo ad has partes, ſolet magna ex parte tranſmittere Peccantes Humores ipſa natura, qui ibi delati, pariũt tumorẽ, ſeu abſceſſum poſt aures, qui dicuntur Parotidæ, in inguine iſti humores, ſeu abſceſſus dicuntur Bubones, & cum etiã articuli & iuncturæ ſint partes ignobiles, & ſua natura valde debiles: ideo ad articulos, & iuncturas ſolet etiam natura tranſmittere per modum criſis Peccantes Humores: de tali igitur abſceſſu, ſeu tumore præter naturã, qui fieri ſolet in articulis, & iuncturis, vel circa partes glanduloſas, loquitur ibi Gal. quaſi diceret Gal. Criſis
4 aph. com. 36. quæ fieri ſolet à natura in morbis longis, eſt per abſceſſum, ſeu per tumorem pręter naturam, qui fieri ſolent circa articulos, vel iuncturas, aut in partibus glanduloſis, quæ ſunt aut poſt aures, vel ſub alis, aut in vtroque inguine, & quod hoc modo iudicari ſoleãt morbi longi, videatis Hipo. ſic dicentem, quibus
4. aph. 44.
febres

febres longe, his tubercula, vel labores in articulis fiunt, quod alibi ſic docet Hipoc. quibus febres proroga̋ntur, huic ſpectandus eſt abſceſſus cum tumore, & dolore ad aliquem articulorum, maxime eorum, qui ſunt in parte inferiori: & alibi, ſic docuit laſſitudinem habentibus in febribus, in articulos, & circa maxillas, potiſſimum abſceſſus fiunt, & alibi Hipoc. quibus febres longæ, his tubercula in articulis, aut labores fiunt. 3. prag. 26. 4. aph. 31. 7. aph. 63.

Et quare dicetis vos, in febribus longis fieri ſolent abſceſſus, & ſi fiunt quare magis circa articulos, & iuncturas, & partes glanduloſas? Reſpondeo quod ea ratione, in febribus longis timendi ſunt abſceſſus, quoniam cum duplici de cauſa in eis non ſoleat fieri perfecta criſis: Primo ratione virtutis, quæ cum non ſit ualida, nec potens expellere ad extra, cum aliqua manifeſta euacuatione Peccãtes Humores, quoniam quo morbus longior eſt, eo etiam virtus debilior fit, ideo facta debilis à longitudine morbi, ſolet tranſmittere copiã, & multitudinem Peccantis Humoris, ad partes glanduloſas, & articulos, tanquam ad partes debiliores, & ignobiliores, & ibi parit abſceſſum, qui eſt tumor præter naturam, quo tumore apparente, non eſt mirum ſi ęger appareat ſine febre, aut leuius, & melius ſe habeat, quoniam humores, qui peccabant in venis, & cauſa erant ipſius febris, delati ſunt ad articulos, vel ad partes glanduloſas, & ibi excitãdo nouum morbum, nempe illum abſceſ

ſum,

ſum, liberant ægrum à præcedenti morbo.

Secunda cauſa cur fiant abſceſſus,& nō per ſecta criſis in febribus longis non ſolum eſt virtus debilis: Sed ſecundo craſſities,& viſciditas, & multitudo Peccantium Humorum, cum enim febres longæ ortum ducāt à copia crudorum humorum,iſti vero humores craſſi,qui ob ſui craſſitiem, & lentorem,non poſſint ita bene, & comode moueri (ſicuti facilme moueri ſolent ad omnes partes humores tenues,& ſubtiles,ſicuti eſt ipſa Bilis, quę hac ratione facillime per modum criſis euacuari ſolet à natura per ſeceſſum, per fluxū ſanguinis,per ſudorem,& per vrinam in morbis acutis) non ſolum quia frigidi ſunt,& frigiditas inepta eſt ad motum, ſed etiam cum viſcidi ſint adeo coherent ſingulis partibus, vt non niſi cum maxima difficultate, & à virtute validiſſima poſſint euacuari per ſeceſſum, quare in morbis longis à virtute debili,cum non poſſint iſti craſſi humores euacuari per ſeceſſum,vel per fluxum ſanguinis, nec per ſudorē cum ſua craſſitie obſtruāt poros ipſius cutis, ideo natura operando quantum poteſt, ſolet illos tranſmittere ad partes ignobiliores, vt ad glandulosas, vel ad articulos, & iuncturas, & ſic facere imperfectam criſim per abſceſſum.

1.aph.com 44. Hic tamen notandū eſt, vt docet Gal. hoc non eſſe perpetuo verum,vt in omnibus morbis longis ſemper fiant abſceſſus,cum doceat experientia, multos morbos longos termina-

ri ſine

ri ſine abſceſſu, & vt docet Gal. per ſolam cõcoctionem; ſed magna ex parte veriſimile eſt, hoc fieri in morbis longis, præſertim quãdo virtus valida ſit, & potens deducere Peccãtes Humores ad illas partes, quoniam vbi valde debilis fuerit, nullus erit expectandus abſceſſus, magis tamen in articulos, & glanduloſas partes fieri ſolent abſceſſus, quoniam, vt diximns, ſunt partes ignobiliores, & debiliores? *1. aph. com 36.*

Et quomodo dicetis vos fieri ſolẽt iſti abſceſſus in febribus longis? Reſpondeo fieri ab eiſdem humoribus, à quibus ortum ducit ipſa febris; & ſi dicatis, & quomodo iſti humores craſſi, & viſcidi apti ſunt parere abſceſſum in febricitantibus: Reſpondeo, quod illi humores liquefacti à calore febrili, tranſmittũtur à natura ad illas partes, ratio vero cur humor iſte liquefactus, facillime colligatur, & recipiatur in illis partibus glanduloſis, & facile confluat ad articulos, eſt quoniam, vt docet Hipoc. articulorum compago duplici de cauſa fit laxa, aut ob nimiam eorum humiditatẽ, vnde facile laxãtur, aut ob paucitatẽ carnis, cum ergo in morbis, & febribus longis, articuli propria natura cum debiles ſint, & laxi, & rari, nunc vero à calore febrili extenuantur, & reddãtur debiliores, ideo facilius recipiunt fluxum humorum, cum ſint adeo excarnes, ſimiliter & partes glanduloſæ, quæ ſua natura ſunt debiles, raræ, & ſpongioſæ, & factæ à natura, vt recipiant excrementa, nunc *lib. de articulis in principio.*

vero

vero à longa febre, & morbo cronico, factæ debiliores, & magis ſine carne, facilius recipiunt fluxum humorum, & fiunt in eis abſceſſus: Eſto igitur, ꝙ in febribus, & morbis lōgis, magna ex parte fieri ſoleat abſceſſus, & quibꝰ ſignis cognoſcā ego, an abſceſſus futurus ſit circa partes glanduloſas, vel circa articulos, & in qua parte glanduloſa, & in quo articulo?

4. Aph. 31. Reſpondet Hipoc. hoc facile cognoſci, ex laſſitudine, dum dicit laſsitudinem habentib. in febribus, in articulos, & circa maxillas potiſſimum abſceſſus fiunt, quaſi diceret Hipocr. in illa parte timendus aſceſſus in febre longa, in qua ſentitur laxitudo, vt ſi in febre longa ſentiat æger in aliquo articulo, vel in aliqua parte glanduloſa, laxitudinem vlceroſam, quaſi punctură, ac morſum, ac ſi pars illa eſſet exulcerata ibi timendus eſt abſceſſus: ſimiliter ſi in eiſdem partibus in morbo diuturno, ſentiamus tenſionem, & grauitatem, qualis ſentitur in laxitudine extenſiua, ibi ſperare debemus futurum abſceſſum, eo quia omnis laxitudo in morbo longo, ſignificat futurum abſceſſum: ſic etiam alibi docuit Hipo. *3. prog. com 27.* quod clarius ſic dicit Hipo. 4. aph. 32: quibuſ cunque reſurgentibus ex morbis, ſiquid laborauerit hic fiunt abſceſſus: quibus verbis ex dolore docet cognoſcere futurum abſceſſum, eo quia in parte dolente futurus, & timendus erit abſceſſus, vt ſic alibi docet Hipocrates, *lib. de humoribus in principio.* Quibus ex morbis ſe erigentibus ſtatim in manibus, aut pedibus dolores fiunt, in

ipſis

ipſis abſceſſus contingunt,& 4.aphr 33. ſic habet; ſed ſi ante morbum aliqua parte doluerit, hic morbus firmatur: Hic tamen notandum eſt, hoc non eſſe perpetuo verum, quod ſemper in parte dolente futurus ſit abſceſſus, quia ſi precedat aliqua magna euacuatio per ſeceſſum, aut per vrinam, vel per fluxum ſanguinis è naribus, tunc non amplius timendus erit abſceſſus in parte dolente, & laborante, quoniã humor ille qui aptus erat parere abſceſſum, iam eſt euacuatus à natura ſic docet Hipo. quibus ſperatur futurum abſceſſum ad articulos, liberat ab abſceſſu, vrina multa, craſſa, & alba facta: Similiter ſi è naribus ſanguis effluxerit valde celeriter, liberatur, hæc Hipo. & alibi longo progreſſu hoc idẽ docet. 4.aph.74. 2.prog.65. vſq; ad 69

Et ſi quæratis vos, & qua ratione, in parte dolente, timendus ſit abſceſſus? Dicatis hoc fieri, quoniã ſemper tranſmittit natura, Peccantes humores, ad partem debiliorem, & cũ pars illa dolens à dolore facta ſit debilior, & magis infirma, ideo ad illã deferuntur humores, & ibi fiunt abſceſſus, ſicuti etiam ſpontaneæ laſſitudines, quoniam ſignificant in tali corpore copiam, & multitudinem peccantiũ humorum, à quibus fiunt iſtæ laſsitudines, ideó ſignificant futurum abſceſſum, quoniã cum non poſſit natura, illam copiam, aut reſoluere, vel ſenſibiliter euacuare per ſeceſsũ, aut per vrinã, vel per fluxum ſanguinis, ideo neceſſe eſt illam materiam expelli à natura, ad partem aliquam debiliorem, & ibi parere

abſceſſum, quia ergo laſsitudo ſignificat copiam malorum humorum, delatam eſſe ad illam partem, in qua percipimus laſsitudinem ideo ibi timendus erit abſceſſus. Vnde Hipo. ſic dicit, in febribus ad articulos, & circa maxillas maxime abſceſſus fiunt, prope ſane dolores vniuſcuiuſque ad ſupernam partē magis, & in totum: ſi vero lentus fuerit morbus, & deorſum tendēs, inferne etiā abſceſſus fiūt, maxime autem pedes calidi inferne ſignificāt, frigidi ſuperne, hęc Hipo. i. in febribus lōgis ſæpe fiunt abſceſſus, vel in articulis, vel circa maxillas, iuxta locum doloris, ſeu laſſitudinis, nam ſi dolor fuerit in toto corpore, tunc magna ex parte fieri ſolent abſceſſus in articulis, ſed ſi dolor, & laſſitudo ſentiatur in parte ſuperiori, fieri ſolent abſceſſus in maxillis, & præcipue poſt aures, ſed ſi dolor deſcendat, tunc abſceſſus fieri conſueuerunt in partibus inferioribus, vt in inguine, vel in pedibus.

lib. de humoribus in principio.

Concludēdum eſt igitur, quod in febribus, & morbis longis, in quibus moliri ſolet natura imperfectam criſim per abſceſſum, iſti abſceſſus magna ex parte fieri ſolent, aut poſt aures, vel in inguine, aut manus, & pedes intumeſcunt, & articuli, & iunctur maxime læduntur.

Et ſi dicatis vos, & quomodo cognoſcam ego, an criſis facta per abſceſſum, bona ſit, vel mala, hoc docet Hipocrates cum dicit, vbi fauces ægrotant, aut tubercula naſcuntur in cor-

2. aph. 16.

in corpore excretiones inſpicere oportet, nã ſi bilioſæ fuerint vnà corpus ægrotat, ſi vero ſimiles ſanis, tutũ eſt corpus nutrire: quibus verbis docet cognoſcere Hipoc. an euacuatio facta à natura per abſceſſum, fuerit perfecta, vel diminuta, id eſt an omnes Humores peccantes delati ſint à natura ad illũ abſceſſum, hoc autem cognoſcitur ex inſpectione excrementorum, nempe vrinæ, & fæcum, eo quia ſi in Socrate laborãte febre longa apparuerint Parotides poſt aures, vel alius abſceſſus in altera parte glanduloſa, vel in articulis, vel tubercula, & puſtulæ in vniuerſa cuti totiusc orporis, & ęger melius ſe habeat, iudicat medicus, hãc eſſe criſim factam à natura per abſceſſum, & per iſtum abſceſſum ægrum liberari à pręcedenti febre, & morbo diuturno, eo quia natura tranſmittit Peccantes Humores, qui prius peccabant in venis, & partibus internis, & erant cauſa prædicti morbi longi, nunc illos tranſmittit ad externas, & ignobiliores partes, vt ſi ad cutim deferantur illi humores, ibi pariunt tubercula, & puſtulas, ſi poſt aures, fiunt, parotides &c. quare internæ partes liberatæ à Peccantibus Humoribus, non eſt mirum ſi æger liberetur à præcedenti morbo longo, ſed vt cognoſcamus, an omnes peccantes humores in venis, & partibus internis, delati ſint à natura ad externas partes, nempe ad abſcæſſum, inſpicienda ſunt excrementa, nam ſi cum tali abſceſſu, vel cũ illis puſtulis, vrina, & excrementa, quæ eua-

cuantur per ſeceſſum, cruda ſint, biliosa, & mala, hoc eſt ſignum non omnem humorem peccantem delatum eſſe à natura ad illas partes ideſt ad abſceſſum; ſed adhuc multam eius copiam remanſiſſe in venis, & partibus internis, & corpus adhuc ægrotare, & ideo vrinæ, & fœces malæ excernuntur; quare ille abſceſſus erit imperfectus, ſed ſi excrementa optima, & ſana excernantur, ſignum eſt, naturam tranſmiſiſſe totum humorem peccãtem ad illum abſceſſum, vt liberaret internas partes, & ideo ſignum eſt illud corpus in partibus internis eſſe optime ſanum.

Hic tamen occurrit grauiſſima difficultas, dicebamus enim morbos cronicos, & diuturnos iudicari per abſceſſum, cum in illis non fiat perfecta criſis per ſenſibilem aliquã euacuationem per ſeceſſum, per vrinam, &c. contrarium tamen docet Hipocrates in Epidemijs, quando, & vltra 40. diem molitur, quandoque natura perfectam aliquam euacuationem per ſeceſſum, per fluxum ſanguinis è naribus, & ſanatur æger, ſic etiam docet experientia, ergo etiam in morbis longis fieri ſolet perfecta criſis., quod clariſſime
Aph. 74. docuit Hipocrates, quod in morbis longis, in quibus timẽdus eſt abſceſſus, ſi natura moliatur euacuationem per vrinam, vel per fluxum ſanguinis è naribus, iſta euacuatio liberat ægrum à futuro abſceſſu. Poſſumus reſpondere ad difficultatem, ſi dicamus, quod non negat Hipocrates morbos longos poſſe

iudica-

iudicari perfecte per aliquam manifeſtam euacuationem, quod oſtendit Galenus, dum dicit morbi longi non admodum conſueuere iudicari per ſudorem &c. ergo aliquando, quaſi diceret Galenus conſueti ſunt iudicari per ſudorem, ſed valde raro, quoniam magna ex parte iudicari ſolent per abſceſſum. *4. aph. 36.*

Quid ſit fames, & quomodo excitari ſoleat naturalis appetitus.

Cap. IIII.

EXcitari Famem ex inanitione, fatentur omnes, ſed quomodo, & qualis inanitio pariat famem, & ciborum appetentiam, hoc opus, hic labor.

Galenus, & communis opinio, crediderunt fieri appetitum ex inanitione partium noſtri corporis, partes enim noſtri corporis cum ſint exinanitæ, & non habeant nutrimentum, quo poſſint nutriri illud attrahunt à venis, (cum omnes partes nutriantur ſanguine) quod ſi venę fuerint inanitæ, ſanguinem attrahunt ab Epate: quod ſi contingat, nec in epate ſanguinem reperiri, tunc epar ſanguinem attrahit à venis meſaraicis, & ſi iſtæ venę ſint ſine ſanguine, attrahunt chilum à ventriculo, vt illum conuertant in ſanguinem, vbi vero contingat chilum non reperiri in ventriculo, & ventriculum eſſe vacuum, & inanitum, tunc ventriculus cor- *lib. de ſimp. cauſ. c. 7.*

rugatur,ex qua corrugatione,excitatur appetitus,dedit enim natura ſenſum ori ventriculi, vt tempore corrugationis factæ ex inanitione,perciperet famem, mediante illa virtute ſenſitiua.

Sed non laudo hanc ſententiam, quod ad excitandam famem, tot motus requirantur, & quod fames ortum ducat ex inanitione venarum, eo quia contingit venas eſſe exinanitas, & tamen non excitatur appetitus, vt ſubito poſt prandium, & poſt cenam ceſſat fames, & tamen tunc venæ adhuc ſunt inanitæ, cum non poſſint repleri à nouo ſanguine, qui generari ſolet ab aſſumpta cena, & prandio poſt ſeptē, aut decem horas,eo quia aſſumpta alimenta non poſſunt conuerti in ſanguinem, niſi ad minus poſt ſpatium ſeptē horarum, ergo ſi inanitio venarum eſſet cauſa appetitus, toto tempore, quo venæ ſunt inanitæ, toto tempore corpora noſtra appeterent,& fameſcerent, & vſquequo aſſumpta alimenta per concoctionem non conuerterētur in ſanguinem, & venas inanitas replerēt, nunquam ceſſaret appetitus.

Secundo cōtingit venas repletas eſſe multo, & copioſo ſanguine, & tamen fit fames, ergo non fit ex inanitione venarum, antecedens probatur in Athletis, venæ enim athletarum, ſunt adeo plenæ ſanguine, vt periculum eſt, ne à nimia copia ſanguinis frangantur, vt docet Hipocrates, & tamen appetunt & fameſcunt, hoc idem probatur experien-

1. aph. 3.

tia,

quoniam eſto, quod ad ſenſum venæ videantur plenæ multo, & copioſo ſanguine tamen fit fames, ergo non ex inanitione venarum. Confirmatur quoniam bis, & ter in die cibũ appetimus, & tamen impoſſibile eſt bis, & ter in die venas inaniri, cum perpetuo in venis tanta copia ſanguinis reperiatur, vt apta ſit poſſe nutrire per multos dies, corpora noſtra.

Dicamus igitur, Famen, & naturalem Appetitum, fieri ex ſola inanitione ventriculi, eſto enim quod venæ ſint plenę ſanguine, vbi tamen ventriculus fuerit vacuus, & inanitus, ita vt totus chilus fuerit attractus à venis meſaraicis, ſtatim corrugatur, & in ore ventriculi excitatur ſenſus ſuctionis, ideſt vellicatio, & mordicatio quædam, ad quam mordicationem ſequitur fames, hoc autem eſſe verum facile comprobatur, quoniam repleto ventriculo, ſtatim cęſſat fames, quando poſt prandium immediate derepente, & ſubito poſt aſſumpta alimenta, ceſſat fames, & appetitus, & quouſque cibus concoquitur in ventriculo, non appetimus, ſed ſtatim, quod alimenta, vt cibus, & potus per concoctionem in ventriculo conuertuntur in chilum, & chilus attrahitur a venis meſaraicis, & ventriculus remanet vacuus, & inanitus ſtatim ex inanitione ventriculi excitatur fames, quare ſi ſatietas, & in appetentia ciborum, & fames ipſa ceſſat, ex ſola repletione ventriculi, ergo dicendum eſt ex ſola eius inanitione *Authoris opinio.*

ne excitari famem, cũ contrariorũ ſit eadẽ ratio, & hac ratione Athletæ cibum appetunt, quia licet in athletis venæ ſint repletæ, tamen ventriculus poteſt inaniri, & ex eius ſola inanitione fit fames, vt alibi diximus.

1 aph. com 3. Hic tamen notandum eſt, quod fames ſicut excitari ſolet à rebus frigidis, & ſiccis, vnde in prandio vti ſolemus ſalſamentis, & rebus acidis ad excitandum appetitum, ita quoque qui habent os ventriculi frigidum, magis appetunt, quam qui illud calidum habent, eo quia frigiditas oris ventriculi eſt apta excitare famem: *gal. 2. aph. com. 21.* Et quomodo dicetis vos, hoc facit frigiditas. Reſpondeo quoniam ſicut acida, & ſalſamenta cum frigida ſint & ſicca, & abſtringentia, ſua ſtipticitate conſtringendo, & exprimendo os ventriculi pariunt ibi mordicationem, & ſenſum ſuctionis, vnde ſequitur fames, ita & frigiditas oris ventriculi, iuncta cum ſiccitate adſtringendo, & exprimendo, parit ibi corrugationem, ſenſum ſuctionis, & famem, ſic docet Galenus, & hac eadem ratione ad excitandum appetitum, ſolet natura tranſmittere portionem ipſius melancholiæ à Liene ad os ventriculi, quæ cum ſit frigida, & ſicca, & acida, excitat famem; *libro 1. de ſympt. cauſis. cap. 7.* quare ſi in ventriculo reperiatur humor acidus, frigidus, & ſiccus, qualis eſt Pituita acida, vel naturalis melancholia, tunc maxima excitatur fames.

Et ſi dicatis vos, non videtur verum, quod

frigiditas oris ventriculi ſit cauſa appetitus, cum dicat Galenus, quod ſenes cum habeāt ventriculum frigidum, facillime ieiunium ferunt, & tardius, & minus appetunt. Nec valet ſi dicatis, quod moderata frigiditas, parit famem, vel ſi modum excedat, & ſit valde intenſa, vt eſt in ſenibus, appetitum deſtruit, iſta ſolutio nulla eſt, cum dicat Galenus, quod vbi frigiditas oris ventriculi ſit valde intenſa, parit maximam famem, ideſt appetitum caninum.

1. aphor. com. 31.

2. aph. 21.

Alio ergo modo dicendum eſt ad rationē, quod frigiditas iuncta cum ſiccitate, appetitum parit, ſed frigiditas iuncta cum humiditate, qualis eſt illa, quæ reperitur in ſenibus deſtruit appetitum, & parit inappetentiā.

Concludamus igitur, quod ſi fames ortum ducit ex ſola inanitione ventriculi, ergo aſſumpta alimenta, quo citius concoquuntur in ventriculo, & conuertuntur in chilum, cū chilus ſtatim attrahatur in venis meſaraicis, & ventriculus réddatur vacuus, ita quoque citius, & modico tempore poſt aſſumpta alimenta noua oritur fames.

Sed ſi ventriculus ſit adeo debilis, vt non niſi longo tempore poſſit concoquere aſſumpta alimenta, cum illa diutius morentur in ventriculo, ita quoque non niſi poſt longum tempus talia corpora appetunt, & fameſcūt, quare notandum eſt, quod vbi poſt prandiū de nouo appetimus, & noua excitatur fames, quod hoc eſt ſignum demonſtratiuum aſſum

VARIARVM LECTIONVM DE RE MEDICA

LIBER TERTIVS.

SALVSTIO SALVIANO Medico Authore.

De ſubiecto Medicinę. *Cap. I.*

QVæritur apud Medicos, quodnam ſit ſubiectum adequatum in medicina: quæ quidem difficultas eſt adeo difficilis, vt grauiſſimi, & doctiſſimi viri varia, & diuerſa ſentiant.

Prima ſententia affirmat, Hominem eſſe ſubiectum medicinę, addit autem Acchillinus, quod homo prout arte ſanabilis, dicitur ſubiectum: quam ſententiam ſic probat Auega Primo ſubiectum artis eſt, id circa quod artifex operatur ſicut ſubiectum ſcientiæ, eſt id de quo probantur paſſiones, ſed medicus operatur circa hominem, ergo erit ſubiectum.

Thomaſ Auege in tegni in proemio. Acchillinus de ſubiecto medicinæ.

Secun

Secundo Subiectum eſt illud, quod manens idem ſubit varias paſſiones, tale eſt homo ergo.

Tertia Ratio Acchillini, quia homo eſt in medicina primo conſideratum, ergo eſt ſubiectum. Antecedens probatur quoniam homo partes habet integrales, arte medica regulabiles, ideo ille, & earum paſſiones, quæ in medicina conſiderantur, homini tribuuntur, & ſi Gal. & Auic. dicunt, corpus humanũ eſſe ſubiectũ, nos per corpus humanum, debemus intelligere hominem.

Manardi 1. Tegni. Secunda Sententia duo dicit. Primũ quod corpus humanum ſanabile, & ægrotabile & operabile à medico, non eſt ſubiectum medicinæ, vt tenet communis opinio. Secundo dicit, quod ſubiectũ medicinæ, eſt Sanitas: primum dictum ſic probatur ex Gal. qui dicit corpus humanum ſanitatis capax, eſſe aggregatum per accidens, ergo non eſt ſubiectum, Secundo corpus humanum eſt ſpecies ſpecialiſſima, ergo non eſt ſubiectum, probatur conſequentia, quoniam ſubiectum debet habere partes ſpecie differentes.

lib. de par. art. med. c. 8.

Secundum dictum ſic probatur, quia propter ſanitatem, omnia tractantur in medicina, & ad eam omnia diriguntur & per eam diſtinguitur medicina ab alijs artibus, nam per id quod reficit & non per id circa quod reficit diſtingui debet ab alijs, quare ſciendum eſt, quod ſubiectum ſcientię, cuius partes, paſſiones, principia inueſtigãtur, nõdatur in artibus

iſed

ſed in arte eſt ſolum ſubiectum circa quod, & non de quo probantur paſſiones,& principia.

Tertia ſententia duo dicit,prout duplex eſt ſubiectum,aliud circa quod, quomodo corpus humanum paſſibile,& ſanabile, dicitur eſſe ſubiectũ medicinę aliud eſt ſubiectum,gratia cui' quomodo Actio naturalis dicitur ſubiectum exGal.ſanitas enim ordinatur ad actionem naturalem, ergo actio naturalis dicitur eſſe finis,gratia cuius,ſed ſubiectũ de quo principia, & paſſiones probãtur,& inueſtigantur non datur in medicina.

Marci Antonij Montiſiani iuter 24. quęſita de ſubiecto medicinæ.
1. Meth. med. c. vlt.
14. c. 14.
2. Met. c. 3.

Quarta ſententia poſuit ſanum eſſe ſubiectum medicinæ probat Curtius ex Ariſtot.4. meth. text. 2. vbi dicit ens multipliciter dici ſed omnia ad illud referri,tanquam ad vnum principium,& vnam naturam non ęquiuocã, ſicut omne ſanum, ad ſanitatem refertur, & medicabile ad medicinam:ex hoc loco infert ſicuti ens dicitur ſubiectum in metaph.ita ſanum in medicina.

Curtij 11.
Truſian. 1. Tegni. com. 9.

Quinto Et eſt communis opinio,quod corpus humanum ſanabile & ægrotabile, & operabile à medico, ſit ſubiectum in medicina.

Conciliator diff. 6.
Iacob Ferl. 1. 1.
Montanis. 1.

Pro reſolutione huius difficultatis videndum eſt, quænam ſint conditiones neceſſario requiſitæ,ad hoc,vt aliquod dicatur ſubiectũ adequatum,in aliqua facultate,pro cuius quidem rei maiori declaratione ſciendum eſt,illud dici ſubiectum alicuius facultatis, circa quod,ſcientia,vel ars verſatur, cuius ſubiecti

Argenterij 1. Tegni cõ. 1.
Braſauola. 1. aph. 1.
Vgo 1. 1.
Oddo. 1. aph. 1.

partes, paſſiones, & principia inueſtigantur, & omne quod conſideratur in illa facultate, eſt aliquid ipſius ſubiecti, vel principium, vel pars, aut paſſio, vel prædicatum, in quo quidem ſubiecto duo veniunt conſideranda, primo ſubſtratum, ſeu materiale ipſius ſubiecti. Secundo eſt ratio formalis, ſicuti in ſubiecto philoſophiæ, quod eſt ens mobile materia illius eſt Ens, ratio vero formalis, eſt mobile, & hæc duo ita inuicem ſe habent, quod ſubiectum ſecundum ſuum materiale, non eſt adequatum alicui ſcientiæ, ſed poteſt eſſe commune alteri, ſicuti ens non eſt adequatum philoſophiæ, cũ eam excedat, & conſideretur ab alijs ſcientijs, habent enim ſcientiæ ſubalternatæ ſuum ſubſtractum, ſeu materiale à ſcientia ſubalternante, ſicuti philoſophus habet ens à methaphyſica, ſed ratio formalis ipſius ſubiecti, propria eſt cuilibet ſcientiæ, vt talis eſt, & ſecundum eandem conſideratione̅ ſicuti mobile, quod eſt ratio formalis in ſubiecto philophiæ, non excedit phyloſophiam ſed eam adequat, quia à nullo conſideratur vt tale eſt, quare ratro formalis limitat ſuum materiale, quod eſt commune multis ad vnã ſcientiam, & ad vnam facultatem, & non ad alias, & ideo vna ſcientia diſtinguitur ab alia per rationem formalem ſui ſubiecti.

Hæc tamen duo, materiale, & formale in ipſo ſubiecto, non ita coincidunt, vt faciant vnũ aggregatum per accidens, ſed faciunt vnum per ſe, & totum hoc aggregatum, dicitur ſu-

bie-

biectum, cuius partes, & paſſiones per ſe principaliter, conſiderantur in illa facultate.

Secundo Notandum eſt, quod multe ſunt conditiones, quæ neceſſario requiruntur, ad hoc vt aliquod dicatur ſubiectum adequatũ, in aliqua facultate.

Prima quod ſit ens, quia de non ente non eſt ſcientia. *Ariſtot. 1. poſt 6.*

Secunda, vt ſit ens reale, vel ſaltim habeat fundamentum in re, vt ens rationis in logica.

Tertia quod ſit intelligibile, vnde materiale, vt pure materiale, non poteſt eſſe ſubiectum, cum non ſit intelligibile ſed cadat ſolum ſub ſenſu.

Quarta vt ſit vniuerſale, quoniam de ſingularibus non eſt ſcientia. *Ariſtot. 1. poſt 24.*

Quinta quod ſit vnum, vel vnitate vniuoca, vel analoga, ſcientia enim ex Ariſt. eſt vnius generis ſubiecti, vnde de equiuocis vt talia ſunt, non eſt ſcientia. *7. meth. 35. 2. de anima. 60. 1. poſt. 43. 2. poſt c. 3.*

Septima ſit definibile eo modo quod eſt vnum, quia definitio ſubiecti, eſt medium demoſtrationis, per quod paſſionem demõſtramus ineſſe ſubiecto.

Septima Quod ſit inuariabile, & per ſe, vnde de caſualibus, & fortuitis & cõtingentibus non eſt ſcientia, vt talia ſunt.

Octaua vt habeat paſſiones diſtinctas ab eo ſaltim formaliter. *1. poſt 43.*

Nono quod ſit primo notum in illa ſciẽtia, & comuniſſimum conſideratum in ea.

De-

Decima ſit adequatum, vt nec excedat, nec excedatur à ſcientia.

Vndecima quod omnia conſiderata in illa facultate, habeant ad eum attributionem in recto, vel in obliquo.

1.poſt.2. Duodecima Quod de tali ſubiecto ſupponatur, quia eſt & quid nominis.

Ex ijs facile erit anima aduertere, quod nã ſit ſubiectum in Medicina.

Et dicatis quod Homo nullo pacto poteſt eſſe ſubiectum, cum paſſiones hominis vt eſt riſibilitas conſideretur à philoſopho, &non à medico: Secundo vel homo, vt homo, eſt ſubiectum, quatenus illud. Vt reduplicat rationem formalem hominis, aut homo ſine reduplicatione: non ſecundum, quia ſic homo non eſſet ſubiectum adequatum medicinę quia excedit, cum de homine conſideret etiam phyloſophus: non primo modo, quia ſic ſpectat ſimpliciter ad phyloſophum, cum ratio formalis hominis, qua homo eſt, ſit intellectus, vel humanitas, quæ ad phyloſophum ſpectant.

Tertio in omni ſubiecto ponenda eſt ratio formalis illius ſubiecti, eo quia omnia conſiderata in illa ſcientia, conſiderantur ſecundũ rationem formalem, illius ſubiecti, ſed dum dicis hominem eſſe ſubiectum, nullam ponis rationem formalem, ergo non poteſt eſſe ſubiectum.

Et ad rationes probantes, Hominem eſſe ſubiectum [illegible] facile eſt reſpondere: & ad primum dico

dico ad minorem, falſam eſſe, quoniam medicus ſimpliciter non operatur circa hominem niſi prout arte ſanabilis, & ęgrotabilis.

Ad Secundum Nego maiorem, quia non ſufficit illa ſola conditio: ad tertiam rationẽ Acchillini nihil dico, quoniam idem eſt dicere Homo vt arte ſanabilis ſit ſubiectum, ac ſi dicamus corpus humanum ſanabile, & ægrotabile.

Sed an ſanitas poſſit dici ſubiectum medicinę, conſiderandum eſt: dicatis primo quod cum ſanitas nullas habeat paſſiones, non poteſt dici ſubiectum.

Secundo Sanitas eſt finis medicinæ, ergo non eſt ſubiectum: Antecedens eſt Ariſtot. & Gal. Auic. conſequentia tenet, quoniam finis ſcientiæ non poteſt eſſe ſubiectum, & ratio eſt quia finis, & forma coincidunt ex Ariſtot. 2. phyſicorum, ſubiectum autem habet rationẽ materiæ, ſed materia, & forma numquam coincidunt, ergò ſubiectum non poteſt eſſe finis eiuſdem facultatis.

1. Ethic. c. 1 & 7. 30. part. probl. 7. Gal. li. de ſectis ad Traſibulũ. c. 15 & 16 Auic 1. 1. c. de ſubiecto medicinæ.

Tertia Definitio ſubiecti in ſcientia, eſt medium demonſtrationis, per quod demonſtrantur paſſiones ineſſe proprio ſubiecto, ſed per ſanitatem in medicina, non demonſtramus aliquam paſſionem ineſſe ſubiecto, ergo non erit Subiectum.

Et ſi dicatis, de ſubiecto debet pręcognoſci quid, & quia, ſed de ſanitate, quid ſit adhuc eſt ignotum, quid ſit ſanitas, aliqui volunt eſſe qualitatem alij ad aliquid, &c. Sic dicit

cit Gal. Dicatis hanc rationem nullius eſſe momenti,cum ſupponat de ſubiecto. Præcognoſcendum eſſe,quid rei,quod tamen eſt falſum, cum ſit precognoſcendum ſolum quid nominisnam ſi quid rei eſſet notum,cum hoc ſit illud,quod queritur in ſcientia, de hoc amplius non eſſet ſcientia, nec ars,cum tota ſciẽtia, & ars, verſetur ad inueſtigandum quid rei ipſius ſubiecti.

Ad rationes Manardi facile eſt reſpondere & ad primum dico verum eſſe, quod corpus ſanabile eſt ens per accidens, & quando dicis, ergo non eſt ſubiectum, dico, quod de ente per accidens,quod non habet cauſas per ſe, & determinatas non eſt ſcientia, vt eſt de fortuitis.&alijs,ſed de ente per accidẽs,quod habet cauſas per ſe, & determinatas, vt eſt corpus humanum, arte ſanabile poteſt eſſe ſcientia.

Ad Secundum concedo, corpus humanum eſſe ſpeciem ſpecialiſſimam, ergo non poteſt eſſe ſubiectum in ſcientia, hoc nego, & quando dicis, ſcientia eſt, vnius generis ſubiecti.

Reſpondeo dupliciter primo modo, quod per genus intelligit Ariſt. vniuerſale,vt dicat vnius ſubiecti vniuerſalis,quia ſcientia conſiderat res in vniuerſali & ſic tam genus quam ſpecies ſpecialiſsima eſt vniuerſale. Vel ſecundo dico,quod ibi Ariſt.loquitur de ſcientia vniuerſali,& ſic dico, quod medicina conſiderat ſanitatem,& ægritudinem,non ſolum homi-

hominis,ſed etiam animalium,& ſic ſubiectũ totius medicinæ erit animal ſanabile, & ęgro tabile,quod eſt genus ad bruta, & ad hominẽ ſed hæc noſtra medicina eſt ſcientia particularis,ſeu pars ipſius medicinæ,quę cõſiderat ſolũ corpus humanum,&ideo habet ſubiectum particulare;nempe Corpus humanum quod eſt ſpecies ſpecialiſſima, nec eſt contra Ariſt. quia loquitur de ſcientia totali.

Ad rationem ſecundi dicti dico, quod omnia tractantur in medicina propter ſanitatẽ, quia eſt ſcopus,ſeu finis medicinæ,non autem ſubiectum.

Tertio dicatis, quod nec ſanum prout eſt quoddam vniuerſale, quod dicitur de homine ſano,& de vrina ſana &c. eſt ſubiectum in medicina,cum non querantur nec paſſiones, nec eius principia,et ad locum Ariſt.dico ex illo loco colligendum eſſe ſanitatem eſſe ſubiectum, & non ſanum, cum ibi dicat Ariſt. ſic ſe habet ſanum ad ſanitatem ſicut omnia entia ad ens, & ſicut omnia entia referuntur ad vnum ens,ita omnia ſana ad ſanitatem,ſed infero minorem,& dico ens eſt ſubiectum in Metaphyſica, & non omnia entia, ergo & in medicina ſanitas erit ſubiectum, & non omnia ſana.

Dicatis ſecundo ex illo textu, non poſſe nos colligere ſubiectum medicinæ, ſed ſolum habet ibi Ariſt.pertinere ad vnam ſcientiam diſputare de omni ente, ſicut ad medicinã pertinet agere de omni ſano.

Nec laudo Tertiam ſententiam,quod ſubie-
Ad tract. t.15 & 16 ctum gratia cuius, ſit actio naturalis cum ex ſententia Gal.ſit ſanitas,& ex Ariſt. 30.part. probl.problem.7. ſanitas eſt finis primus & perfectiſſimum bonum,& abſolutiſſimũ,propter quã medicus operatur,qua habita quieſcit medicus,&ars,nec amplius curat de actione naturali,vel de pulcritudine,cum hæc oĩa inuito medico cõſequuntur neceſſario ipſam ſanitatem, quãuis actio naturalis dicatur eſſe finis primus ſani,vel ægri,non tamen ipſius artis,aut medici.

Manardi Thomę Auerge, Argenterij, Montiſiani. Hinc vltimo Notandum eſt,falſam eſſe illorum ſententiam,aſſerentiũ in medicina nõ dari ſubiectum, de quo querantur paſſiones, principia, &c. cum in medicina fiant demonſtrationes, & vſq; ad indemonſtrabilia deueniamus,ex Gal.1.meth. c.4.& paſſiones de ſubiecto demonſtrantur,vt ſanitas, vel morbus quę ſunt paſſiones corporis viuentis, nec per hoc, quod ad opus ordinantur, dici non debent demonſtrationes, vt docet Auic. Immo *1.cant.tex. 2.* Conciliator. diff. 3. fatetur in medicina fieri demonſtrationes, vt eſt iſta, omne corpus animatum anima rationali participans, eſt ſanabile, ſed corpus humanum eſt tale, ergo eſt ſanabile.

Pro reſolutione igitur huius difficultatis, ſit prima Concluſio,Corpus Humanum ſanabile,& ægrotabile,vt tale eſt miniſterio artis eſt ſubiectum adequatum in medicina: eſt *1.aph.1.* ſententia Gal.& Auic.

Pro-

Probatur etiam ratione, quoniam ei competunt omnes conditiones ſubiecti, cum ſit ens reale, intelligibile vniuerſale cum dicatur de omnibus, quæ ſunt in medicina, in recto, aut in obliquo, & habeat ſub ſe tria corpora diſtincta, vt corpus ſanum, ægrum, & neutrum, habet paſſiones, vt ſanabile, & ægrotabile, quæ quæruntur in medicina, vt patet apud Galen. eſt etiam adequatum, cum in nulla alia ſcientia conſideretur, nec exceditur in medicina, cum omnia in medicina conſiderentur, ſecundum eius rationem formalem, & omnia ad eum habeant attributionem, & de ipſo ſupponatur quid & quia.

2. de Criſ. c. 9. 9. met. med. c. 17. Auic. 1. 1. c. de ſubiecto.

1. & 2. meth. med. li. de diff. morbo.

Et ſi dicas, cur potius dicimus corpus humanum eſſe ſubiectum, & non hominem.

Reſpondeo quia medicus non conſiderat animam hominis, ſed ſolum eius, complexionem.

Quid ſit Complexio. Cap. II.

Complexio, vt docet Auic. eſt Qualitas quæ prouenit ex actione, & paſſione ad inuicem primarum qualitatum. s. caliditatis. frigiditatis ſiccitatis, & humiditatis inuentarum in elementis, quorum. s. elementorũ partes, redacte ſunt ad tantam paruitatem, vt plurimum cuiuſq; earum, contingat. i. ſimul tangat, plurimum alterius.

1. 1. doct. 3. cap. 1.

Pro maiori declaratione huius definitionis, eius verba ſunt ponderanda, atque conſi-

deranda,& primo ly. Qualitas.

Secundo illa pars,quæ ex actione,& paſſione,&c. Tertio quorum partes ad tantam paruitatem redactę ſunt &c.

Quoad primum hoc eſt genus complexionis,& vt genus,ipſa Qualitas ponitur in definitione,& ſi dicatis qualitas eſt genus generaliſſimum,male ergo Auic. poſuit genus adeo remotum in definitione.

Dicatis, quod licet dicat qualitatem eſſe complexionem, & reuera tamen qualitas ſit genus remotum, tamen clariſſime patet, ex tota definitione, ꝙ non accipit, hic qualitatem, prout eſt, genus generaliſſimum, ſed pro vna ſpecie,ſeu vno genere ſubalterno ipſius qualitatis.

Et ſi rurſus dicatis vos, & de qua ſpecie qualitatis intelligit, dicatis de prima ſpecie, quæ eſt habitus,ſeu diſpoſitio,&ſi queratis an complexio ſit habitus,vel diſpoſitio, dicatis eſſe habitum,eo quia Complexio eſt permanentia quædam in corpore.quare dum hic dicit Auic.complexio eſt qualitas,hoc ſic eſt intelligendum,quaſi diceret,complexio eſt habitus,ſeu qualitas habitualis:&per hoc,quod complexio eſt qualitas diſtinguitur à forma mixti,quæ eſt ſubſtantia.poſſumus etiam dicere,quod ideo per genus adeo remotum definiuit cōplexionem Auic quia voluit vt hæc definitio complexionis competeret omnibus opinionibus, quæ de temperamento habentur, cum alij dicant, complexionem eſſe habitum

bitum, alij naturalem potentiam, alij paſſibilem qualitatem &c. ideo definiuit per qualitatem, prout qualitas in communi ſumpta poteſt competere ijs omnibus. Et ſi dicatis, Primæ qualitates ſunt in tertia ſpecie qualitatis, ergo, & complexio, quę ex illis, reſultat.

Reſpondeo negando conſequentiam, quia complexio cum ſpecie diſtinguatur à primis qualitatibus, non eſt in eadem ſpecie.

Quoad ſecundum oſtendit Auic qualis habitus ſit ipſa complexio. Reſpondet Auic. eſt Habitus qui reſultat ex mutua actione, & paſſione primarum qualitatum, non tamen ex quacunque mutua actione, & paſſione primarum qualitatum, reſultat temperamentum, ideo non ſufficit, ſola mutua actio, & paſſio primarum qualitatum, ad hoc vt fiat temperamentum, eo quia ſi ponatur terra, & aqua ſimul inuicem agunt, & patiuntur, non tamen ad hanc mutuam actionem, & paſſionem ſequitur complexio, ideo adiungit Auic. tertiam partem definitionis, quod. s. eſt neceſſarium, quod fiat permixtio, quæ quidem fit, ſi miſcibilia diuidantur ita, vt plurimum vnius, contingat plurimum alterius.

Pro cuius rei declaratione notandum eſt, quod ad hoc vt fiat Complexio, requiritur, vt elementa adeo inuicem permiſceantur & tanta fiat elementorum diminutio, ſeu diuiſio, vel permixtio, vt nulla pars alicuius elementi, à quocunque ſenſu quantumcumque

pta alimenta iam fuiſſe concocta in ventriculo, & tranſmutata in chilum, & illum chilum non amplius reperiri in ventriculo, ſed attractum eſſe à venis meſaraicis, & toto eo tempore, quo non appetimus, ſignum eſt aſſumpta alimenta adhuc non eſſe concocta, & reperiri in ventriculo, hoc autem eſt verum in homine ſano, quia in ægro, & valde temperato res ſecus contingere poteſt.

VARIARVM LECTIONVM DE RE MEDICA

LIBER TERTIVS.

SALVSTIO SALVIANO Medico Authore.

De ſubiecto Medicinę. Cap. I.

QVæritur apud Medicos, quodnam ſit ſubiectum adequatum in medicina: quæ quidem difficultas eſt adeo difficilis, vt grauiſſimi, & doctiſſimi viri varia, & diuerſa ſentiant.

Prima ſententia affirmat, Hominem eſſe ſubiectum medicinę, addit autem Acchillinus, quod homo prout arte ſanabilis, dicitur ſubiectum: quam ſententiam ſic probat Auega Primo ſubiectum artis eſt, id circa quod artifex operatur ſicut ſubiectum ſcientiæ, eſt id de quo probantur paſſiones, ſed medicus operatur circa hominem, ergo erit ſubiectum.

Thomaſaue ge in tegni in proemio. Acchillinus de ſubiecto medicinæ.

Secun

Secundo Subiectum eſt illud, quod manens idem ſubit varias paſſiones, tale eſt homo ergo.

Tertia Ratio Acchillini, quia homo eſt in medicina primo conſideratum, ergo eſt ſubiectum. Antecedens probatur quoniam homo partes habet integrales, arte medica regulabiles, ideo ille, & earum paſſiones, quæ in medicina conſiderantur, homini tribuuntur, & ſi Gal. & Auic. dicunt, corpus humanū eſſe ſubiectū, nos per corpus humanum, debemus intelligere hominem.

Manardi 1. Tegni. Secunda Sententia duo dicit. Primū quod corpus humanum ſanabile, & ægrotabile & operabile à medico, non eſt ſubiectum medicinæ, vt tenet communis opinio. Secundo dicit, quod ſubiectū medicinæ, eſt Sanitas: primum dictum ſic probatur ex Gal. qui dicit *lib. de par. art. med. c. 1.* corpus humanum ſanitatis capax, eſſe aggregatum per accidens, ergo non eſt ſubiectum, Secundo corpus humanum eſt ſpecies ſpecialiſſima, ergo non eſt ſubiectum, probatur conſequentia, quoniam ſubiectum debet habere partes ſpecie differentes.

Secundum dictum ſic probatur, quia propter ſanitatem, omnia tractantur in medicina, & ad eam omnia diriguntur & per eam diſtinguitur medicina ab alijs artibus, nam per id quod reficit & non per id circa quod reficit diſtingui debet ab alijs, quare ſciendum eſt, quod ſubiectum ſcientię, cuius partes, paſſiones, principia inueſtigātur, nōdatur in artibus

iſed

ſed in arte eſt ſolum ſubiectum circa quod, & non de quo probantur paſſiones,& principia.

Tertia ſententia duo dicit, prout duplex eſt ſubiectum, aliud circa quod, quomodo corpus humanum paſſibile,& ſanabile, dicitur eſſe ſubiectũ medicinę aliud eſt ſubiectum, gratia cui⁹ quomodo Actio naturalis dicitur ſubiectum ex Gal. ſanitas enim ordinatur ad actionem naturalem, ergo actio naturalis dicitur eſſe finis, gratia cuius, ſed ſubiectũ de quo principia, & paſſiones probãtur,& inueſtigantur non datur in medicina.

Marci Antonij Montiſiani inter 24. quæſita de ſubiecto medicina.

1. Meth. med. c. vlt. 14. c. 14. 2. Met. c. 3.

Quarta ſententia poſuit ſanum eſſe ſubiectum medicinæ probat Curtius ex Ariſtot. 4. meth. text. 2. vbi dicit ens multipliciter dici ſed omnia ad illud referri, tanquam ad vnum principium,& vnam naturam non ęquiuocã, ſicut omne ſanum, ad ſanitatem refertur, & medicabile ad medicinam: ex hoc loco infert ſicuti ens dicitur ſubiectum in metaph. ita ſanum in medicina.

Curtij 11. Truſian. 1. Tegni. com. 9.

Quinto Et eſt communis opinio, quod corpus humanum ſanabile & ægrotabile, & operabile à medico, ſit ſubiectum in medicina.

Conciliator diff. 6. Iacob Ferl. 1. 1. Montanis. 1.

Pro reſolutione huius difficultatis videndum eſt, quænam ſint conditiones neceſſario requiſitæ, ad hoc, vt aliquod dicatur ſubiectũ adequatum, in aliqua facultate, pro cuius quidem rei maiori declaratione ſciendum eſt, illud dici ſubiectum alicuius facultatis, circa quod, ſcientia, vel ars verſatur, cuius ſubiecti

Argenterij 1. Tegni cõ. 1. Braſauola. 1. aph. 1. Vgo 1. 1. Oddo. 1. aph. 1.

par-

partes, paſſiones, & principia inueſtigantur, & omne quod conſideratur in illa facultate, eſt aliquid ipſius ſubiecti, vel principium, vel pars, aut paſſio, vel prædicatum, in quo quidem ſubiecto duo veniunt conſideranda, primo ſubſtratum, ſeu materiale ipſius ſubiecti. Secundo eſt ratio formalis, ſicuti in ſubiecto philoſophiæ, quod eſt ens mobile materia illius eſt Ens, ratio vero formalis, eſt mobile, & hæc duo ita inuicem ſe habent, quod ſubiectum ſecundum ſuum materiale, non eſt adequatum alicui ſcientiæ, ſed poteſt eſſe commune alteri, ſicuti ens non eſt adequatum philoſophiæ, cū eam excedat, & conſideretur ab alijs ſcientijs, habent enim ſcientiæ ſubalternatæ ſuum ſubſtractum, ſeu materiale à ſcientia ſubalternante, ſicuti philoſophus habet ens à methaphyſica, ſed ratio formalis ipſius ſubiecti, propria eſt cuilibet ſcientiæ, vt talis eſt, & ſecundum eandem conſideratione̅ ſicuti mobile, quod eſt ratio formalis in ſubiecto philophiæ, non excedit phyloſophiam ſed eam adequat, quia à nullo conſideratur vt tale eſt, quare ratro formalis limitat ſuum materiale, quod eſt commune multis ad vnā ſcientiam, & ad vnam facultatem, & non ad alias, & ideo vna ſcientia diſtinguitur ab alia per rationem formalem ſui ſubiecti.

Hæc tamen duo, materiale, & formale in ipſo ſubiecto, non ita coincidunt, vt faciant vnū aggregatum per accidens, ſed faciunt vnum per ſe, & totum hoc aggregatum, dicitur ſubie-

biectum,cuius partes, & paſſiones per ſe principaliter, conſiderantur in illa facultate.

Secundo Notandum eſt, quod multe ſunt conditiones, quæ neceſſario requiruntur, ad hoc vt aliquod dicatur ſubiectum adequatũ, in aliqua facultate.

Prima quod ſit ens, quia de non ente non eſt ſcientia. *Ariſtot. 1. poſt 6.*

Secunda, vt ſit ens reale, vel ſaltim habeat fundamentum in re, vt ens rationis in logica.

Tertia quod ſit intelligibile,vnde materiale, vt pure materiale, non poteſt eſſe ſubiectum, cum non ſit intelligibile ſed cadat ſolum ſub ſenſu.

Quarta vt ſit vniuerſale, quoniam de ſingularibus non eſt ſcientia. *Ariſtot. 1. poſt 24.*

Quinta quod ſit vnum,vel vnitate vniuoca, vel analoga, ſcientia enim ex Ariſt. eſt vnius generis ſubiecti, vnde de equiuocis vt talia ſunt, non eſt ſcientia. *7.meth.35 2. de anima.60. 1.poſt.43. 2.poſt c. 3.*

Septima ſit definibile eo modo quod eſt vnum,quia definitio ſubiecti, eſt medium demoſtrationis, per quod paſſionem demõſtramus ineſſe ſubiecto.

Septima Quod ſit inuariabile, & per ſe,vnde de caſualibus,& fortuitis & cõtingentibus non eſt ſcientia, vt talia ſunt.

Octaua vt habeat paſſiones diſtinctas ab eo ſaltim formaliter. *1.poſt 43.*

Nono quod ſit primo notum in illa ſciẽtia, & comuniſſimum conſideratum in ea.

De-

Decima ſit adequatum, vt nec excedat, nec excedatur à ſcientia.

Vndecima quod omnia conſiderata in illa facultate, habeant ad eum attributionem in recto, vel in obliquo.

1.poſt.2. Duodecima Quod de tali ſubiecto ſupponatur, quia eſt & quid nominis.

Ex ijs facile erit anima aduertere, quod nã ſit ſubiectum in Medicina.

Et dicatis quod Homo nullo pacto poteſt eſſe ſubiectum, cum paſſiones hominis vt eſt riſibilitas conſideretur à philoſopho, &non à medico: Secundo vel homo, vt homo, eſt ſubiectum, quatenus illud. Vt reduplicat rationem formalem hominis, aut homo ſine reduplicatione: non ſecundum, quia ſic homo non eſſet ſubiectum adequatum medicinę quia excedit, cum de homine conſideret etiam phyloſophus: non primo modo, quia ſic ſpectat ſimpliciter ad phyloſophum, cum ratio formalis hominis, qua homo eſt, ſit intellectus, vel humanitas, quæ ad phyloſophum ſpectant.

Tertio in omni ſubiecto ponenda eſt ratio formalis illius ſubiecti, eo quia omnia conſiderata in illa ſcientia, conſiderantur ſecundũ rationem formalem, illius ſubiecti, ſed dum dicis hominem eſſe ſubiectum, nullam ponis rationem formalem, ergo non poteſt eſſe ſubiectum.

Et ad rationes probantes, Hominem eſſe ſubiectum, facile eſt reſpondere: & ad primum dico

dico ad minorem, falſam eſſe, quoniam med cus ſimpliciter non operatur circa hominem niſi prout arte ſanabilis, & ęgrotabilis.

Ad Secundum Nego maiorem, quia non ſufficit illa ſola conditio: ad tertiam rationē Acchillini nihil dico, quoniam idem eſt dicere Homo vt arte ſanabilis ſit ſubiectum, ac ſi dicamus corpus humanum ſanabile, & ægrotabile.

Sed an ſanitas poſſit dici ſubiectum medicinę, conſiderandum eſt: dicatis primo quod cum ſanitas nullas habeat paſſiones, non poteſt dici ſubiectum.

Secundo Sanitas eſt finis medicinæ, ergo non eſt ſubiectum: Antecedens eſt Ariſtot. & Gal. Auic. conſequentia tenet, quoniam finis ſcientiæ non poteſt eſſe ſubiectum, & ratio eſt quia finis, & forma coincidunt ex Ariſtot. 2. phyſicorum, ſubiectum autem habet rationē materiæ, ſed materia, & forma numquam coincidunt, ergo ſubiectum non poteſt eſſe finis eiuſdem facultatis.

1. Ethic. c. 1 & 7. 30. part. probl. 7. Gal. li. de ſectis ad Traſibulū. c. 15 & 16 Auic 1. 1. c. de ſubiecto medicina.

Tertia Definitio ſubiecti in ſcientia, eſt medium demonſtrationis, per quod demonſtrantur paſſiones ineſſe proprio ſubiecto, ſed per ſanitatem in medicina, non demonſtramus aliquam paſſionem ineſſe ſubiecto, ergo non erit Subiectum.

Et ſi dicatis, de ſubiecto debet pręcognoſci quid, & quia, ſed de ſanitate, quid ſit adhuc eſt ignotum, quid ſit ſanitas, aliqui volunt eſſe qualitatem alij ad aliquid, &c. Sic dicit

cit Gal. Dicatis hanc rationem nullius eſſe momenti,cum ſupponat de ſubiecto. Præcognoſcendum eſſe,quid rei,quod tamen eſt falſum, cum ſit precognoſcendum ſolum quid nominisnam ſi quid rei eſſet notum,cum hoc ſit illud,quod queritur in ſcientia, de hoc amplius non eſſet ſcientia, nec ars,cum tota ſciẽtia, & ars, verſetur ad inueſtigandum quid rei ipſius ſubiecti.

Ad rationes Manardi facile eſt reſpondere & ad primum dico verum eſſe, quod corpus ſanabile eſt ens per accidens, & quando dicis, ergo non eſt ſubiectum, dico, quod de ente per accidens,quod non habet cauſas per ſe, & determinatas non eſt ſcientia, vt eſt de fortuitis.&alijs,ſed de ente per accidẽs,quod habet cauſas per ſe, & determinatas, vt eſt corpus humanum, arte ſanabile poteſt eſſe ſcientia.

Ad Secundum concedo, corpus humanum eſſe ſpeciem ſpecialiſſimam, ergo non poteſt eſſe ſubiectum in ſcientia, hoc nego, & quando dicis, ſcientia eſt, vnius generis ſubiecti.

Reſpondeo dupliciter primo modo, quod per genus intelligit Ariſt. vniuerſale,vt dicat vnius ſubiecti vniuerſalis,quia ſcientia conſiderat res in vniuerſali & ſic tam genus quam ſpecies ſpecialiſsima eſt vniuerſale. Vel ſecundo dico,quod ibi Ariſt.loquitur de ſcientia vniuerſali,& ſic dico, quod medicina conſiderat ſanitatem,& ægritudinem,non ſolum

homi-

hominis, ſed etiam animalium, & ſic ſubiectũ totius medicinæ erit animal ſanabile, & ęgrotabile, quod eſt genus ad bruta, & ad hominẽ ſed hæc noſtra medicina eſt ſcientia particularis, ſeu pars ipſius medicinæ, quę cõſiderat ſolũ corpus humanum, & ideo habet ſubiectum particulare; nempe Corpus humanum quod eſt ſpecies ſpecialiſſima, nec eſt contra Ariſt. quia loquitur de ſcientia totali.

Ad rationem ſecundi dicti dico, quod omnia tractantur in medicina propter ſanitatẽ, quia eſt ſcopus, ſeu finis medicinæ, non autem ſubiectum.

Tertio dicatis, quod nec ſanum prout eſt quoddam vniuerſale, quod dicitur de homine ſano, & de vrina ſana &c. eſt ſubiectum in medicina, cum non querantur nec paſſiones, nec eius principia, et ad locum Ariſt. dico ex illo loco colligendum eſſe ſanitatem eſſe ſubiectum, & non ſanum, cum ibi dicat Ariſt. ſic ſe habet ſanum ad ſanitatem, ſicut omnia entia ad ens, & ſicut omnia entia referuntur ad vnum ens, ita omnia ſana ad ſanitatem, ſed infero minorem, & dico ens eſt ſubiectum in Metaphyſica, & non omnia entia, ergo & in medicina ſanitas erit ſubiectum, & non omnia ſana.

Dicatis ſecundo ex illo textu, non poſſe nos colligere ſubiectum medicinæ, ſed ſolum habet ibi Ariſt. pertinere ad vnam ſcientiam diſputare de omni ente, ſicut ad medicinã pertinet agere de omni ſano.

Nec laudo Tertiam ſententiam,quod ſubiectum gratia cuius, ſit actio naturalis cum ex ſententia Gal.ſit ſanitas,& ex Ariſt. 30.part. probl.problem.7. ſanitas eſt finis primus & perfectiſſimum bonum,& abſolutiſſimũ,propter quã medicus operatur,qua habita quieſcit medicus,&ars,nec amplius curat de actione naturali,vel de pulcritudine,cum hæc oĩa inuito medico cõſequuntur neceſſario ipſam ſanitatem, quãuis actio naturalis dicatur eſſe finis primus ſani,vel ægri,non tamen ipſius artis,aut medici.

Ad traſſb. t.15 & 16

Hinc vltimo Notandum eſt,falſam eſſe illorum ſententiam,aſſerentiũ in medicina nõ dari ſubiectum, de quoquerantur paſſiones, principia, &c. cum in medicina fiant demonſtrationes, & vſq; ad indemonſtrabilia deueniamus,ex Gal.1.meth. c.4.& paſſiones de ſubiecto demonſtrantur,vt ſanitas, vel morbus quę ſunt paſſiones corporis viuentis, nec per hoc, quod ad opus ordinantur, dici non debent demonſtrationes, vt docet Auic. Immo Conciliator. diff. 3. fatetur in medicina fieri demonſtrationes, vt eſt iſta, omne corpus animatum anima rationali participans, eſt ſanabile, ſed corpus humanum eſt tale, ergo eſt ſanabile.

Manardi Thomę Auge, Argenterij, Montiſiani.

1.cant.tex. 2.

Pro reſolutione igitur huius difficultatis, ſit prima Concluſio,CorpusHumanum ſanabile,& ægrotabile,vt tale eſt miniſterio artis eſt ſubiectum adequatum in medicina: eſt ſententia Gal.& Auic.

1.aph.1.

Pro-

Probatur etiam ratione, quoniam ei competunt omnes conditiones ſubiecti, cum ſit ens reale, intelligibile vniuerſale cum dicatur de omnibus, quæ ſunt in medicina, in recto, aut in obliquo, & habeat ſub ſe tria corpora diſtincta, vt corpus ſanum, ægrum, & neutrum, habet paſſiones, vt ſanabile, & ægrotabile, quæ quæruntur in medicina, vt patet apud Galen. eſt etiam adequatum, cum in nulla alia ſcientia conſideretur, nec exceditur in medicina, cum omnia in medicina conſiderentur, ſecundum eius rationem formalem, & omnia ad eum habeant attributionem, & de ipſo ſupponatur quid & quia. *1. de Criſ. c. 9. 9. met. med. c. 17. Auic. 1. 1. c. de ſubiecto. 1. & 2. meth. med. li. de diff. morbo.*

Et ſi dicas, cur potius dicimus corpus humanum eſſe ſubiectum, & non hominem.

Reſpondeo quia medicus non conſiderat animam hominis, ſed ſolum eius, complexionem.

Quid ſit Complexio. *Cap.* II.

COmplexio, vt docet Auic. eſt Qualitas quæ prouenit ex actione, & paſſione ad inuicem primarum qualitatum. s. caliditatis. frigiditatis ſiccitatis, & humiditatis inuentarum in elementis, quorum. s. elementorū partes, redacte ſunt ad tantam paruitatem, vt plurimum cuiuſq; earum, contingat. i. ſimul tangat, plurimum alterius. *1. 1. doct. 3. cap. 1.*

Pro maiori declaratione huius definitionis, eius verba ſunt ponderanda, atque conſi-

deranda,& primo ly. Qualitas.

Secundo illa pars,quæ ex actione,& paſſione,&c. Tertio quorum partes ad tantam paruitatem redactę ſunt &c.

Quoad primum hoc eſt genus complexionis,& vt genus,ipſa Qualitas ponitur in definitione,& ſi dicatis qualitas eſt genus generaliſſimum,male ergo Auic. poſuit genus adeo remotum in definitione.

Dicatis, quod licet dicat qualitatem eſſe complexionem, & reuera tamen qualitas ſit genus remotum, tamen clariſſime patet, ex tota definitione, ꝙ non accipit,hic qualitatem, prout eſt, genus generaliſſimum, ſed pro vna ſpecie,ſeu vno genere ſubalterno ipſius qualitatis.

Et ſi rurſus dicatis vos, & de qua ſpecie qualitatis intelligit, dicatis de prima ſpecie, quæ eſt habitus,ſeu diſpoſitio,&ſi queratis an complexio ſit habitus,vel diſpoſitio, dicatis eſſe habitum,eo quia Complexio eſt permanentia quædam in corpore.quare dum hic dicit Auic.complexio eſt qualitas,hoc ſic eſt intelligendum,quaſi diceret,complexio eſt habitus,ſeu qualitas habitualis:&per hoc,quod complexio eſt qualitas diſtinguitur à forma mixti,quæ eſt ſubſtantia.poſſumus etiam dicere,quod ideo per genus adeo remotum definiuit cõplexionem Auic quia voluit vt hæc definitio complexionis competeret omnibus opinionibus, quæ de temperamento habentur, cum alij dicant, complexionem eſſe habitum

bitum, alij naturalem potentiam, alij paſſibilem qualitatem &c. ideo definiuit per qualitatem, prout qualitas in communi ſumpta poteſt competere ijs omnibus. Et ſi dicatis, Primæ qualitates ſunt in tertia ſpecie qualitatis, ergo, & complexio, quę ex illis, reſultat.

Reſpondeo negando conſequentiam, quia complexio cum ſpecie diſtinguatur à primis qualitatibus, non eſt in eadem ſpecie.

Quoad ſecundum oſtendit Auic qualis habitus ſit ipſa complexio. Reſpondet Auic. eſt Habitus qui reſultat ex mutua actione, & paſſione primarum qualitatum, non tamen ex quacunque mutua actione, & paſſione primarum qualitatum, reſultat temperamentum, ideo non ſufficit, ſola mutua actio, & paſſio primarum qualitatum, ad hoc vt fiat temperamentum, eo quia ſi ponatur terra, & aqua ſimul inuicem agunt, & patiuntur, non tamen ad hanc mutuam actionem, & paſſionem ſequitur complexio, ideo adiungit Auic. tertiam partem definitionis, quod. s. eſt neceſſarium, quod fiat permixtio, quæ quidem fit, ſi miſcibilia diuidantur ita, vt plurimum vnius, contingat plurimum alterius.

Pro cuius rei declaratione notandum eſt, quod ad hoc vt fiat Complexio, requiritur, vt elementa adeo inuicem permiſceantur & tanta fiat elementorum diminutio, ſeu diuiſio, vel permixtio, vt nulla pars alicuius elementi, à quocunque ſenſu quantumcumque

viuaci percipi valeat, ſeparata, & non permixta, partibus aliorum elementorum, ſed neceſſe eſt, vt minimum formale vnius elementi, tangat minima formalia aliorum elementorum, intellige autem per minimum formale, illud minimum, ſeu illa parua portio elementorum, quę ſufficit ſaluare formam elementi, ita vt ſi diuideretur in aliud minimum, ſeu in aliam partem, non ſtaret forma elementi ſub illa, ſed corrumperetur.

Hic tamen vnum notandum eſt, quod Auicenn. hic non dicit in complexione deueniendum eſſe ad id quod minimum vnius elementi, contingat minimum alterius elementi. Sed dicit, quod plurimum vnius, tangat plurimum alterius, & ratio eſt quoniam non quodlibet minimum formale cuiuſlibet elementi, poteſt tangere vel tangi à quolibet minimo formali alterius elementi, quoniam cum terra, & aqua in generatione mixtorum, ſint in maiori quantitate, quam aer, & ignis, ideo ad plura minima diuiditur terra, & aqua quam ignis & aer, ergo non quodlibet minimum tangit, & tangitur ab omni minimo, tangit tamen, & tangitur, ſecundum plurimum licet forſan contactu virtuali fieri poſſit, vt minimum vnius elementi, tam formale quam materiale tangat, & tangatur à quocunque alio minimo aliorum elementorum, prout omnes partes elementorum in mixtione inuicem agunt & patiuntur, alterantur, &

tran-

tranſmutantur.

Vltimo notandum eſt,quod dupliciter poſſumus imaginari,ex extremis qualitatibus elementorum, complexionem mediam prouenires primo mediam per participationem, imaginãdo. s.complexionem non eſſe aliquã vnam qualitatem,à qualitatibus elementorũ ſpecie diſtinctam, ſed eſſe aggregatũ ex illis ſic ad inuicem refractis, quomodo tepiditatem diceres eſſe conplexionem mediam inter calidum,& frigidum.

Secundo imaginari poſſumus eſſe mediam per abnegationem qualitatum, imaginando, quod qualitatibus, elementorum refractis: & ad medium reductis, generetur vna media qualitas ſpecie diſtincta, à qualitatibus elementorum, quę licet non ſit formaliter caliditas nec frigiditas, eſt tamen illarum qualitatum, virtualiter contentiua, corruptiua, & productiua, ita vt ſit potens quodlibet ſubiectum calefacere, & aliquod refrigerare, ſicut lux in mixtis, quamuis non ſit formaliter calor, eſt tamen productiua caloris.

Si ergo primo modo intelligamus, Complexionem eſſe mediam, tunc in definitione exponatur.

Prouenit, ideſt reſultat, ſed ſi ſecundo modo,tunc ad complementum definitionis, oportet addere immediate, & hoc ad differentiam ſecundarum, qualitatum, vt coloris, ſaporis &c. quæ licet prouenіant ex a-

ctione & paſſione qualitatum &c. non tamen immediate, ſed mediate, per prius enim ex tali cōmixtione reſultat complexio, & conſequenter ad complexionem pruducuntur aliȩ ſecundæ qualitates.

Secundo Notandum eſt, quod complexio non eſt mixtio nec è contra, quoniam mixtio proprie eſt corporis, cuius terminus terminans eſt forma mixti, de prædicamento ſubſtantiæ, complexio autem eſt qualitatum, cuius terminus terminans eſt forma accidentalis, de predicamento qualitatis.

Vt ergo reſpondeamus in forma ad quæſitum, quid ſit complexio, dicamus, quod Complexio eſt, Proportio, ſeu concentus, vel harmonia, Primarum quattuor qualitatum, ex omnium elementorum permixtione.

Sed ſi complexio eſt proportio, quomodo ergo datur complexio calida aut frigida à prædominio, & à qualitate prædominante, ſicut illa complexio dicitur calida, in qua adeſt dominium caloris, & frigida erit quando dominatur frigiditas.

Sed contra dicetis vos, ſi complexio eſt proportio vel harmonia primarum qualitatum, quomodo ergo in omni complexione, adeſt exceſſus alicuius qualitatis, & dominatur caliditas, vel frigiditas, nō erit ergo proportio, cū ad hoc vt complexio ſit proportio, ſit neceſſe, vt in illa cōplexione, primæ quatuor qualitates ſint in æquali menſura, & portione, & in

co-

codē gradu,& quantitate:Sed ſi in omni complexione dominatur aliqua qualitas, ergo cōplexio non eſt proportio.

Reſpondeo, quod non dicitur complexio ſimpliciter proportio, vt ſit æqualis portio omnium primarum qualitatum, vt ſupponit argumentum.

Sed dicitur proportio reſpectiue ad illud corpus,cuius dicitur cōplexio,vt cōplexio hominis dicitur proportio, non quia illa cōplexio conſiſtat in pari quantitate harū primarū qualitatum, ſed licet in tali complexione adſit exceſſus, & dominium caloris, dicitur tamen proportio, quoniam iſtæ qualitates in homine, ſunt ita adinuicem proportionatæ, vt ſint aptæ pro exercendis operationibus ipſius hominis, & ideo licet complexio hominis à prædominio ſit calida, dicitur tamē proportio,eo quia illa miſcela,& proportio primarum qualitatum cum exceſſu, & dominio caloris, eſt proportionata pro operationibus hominis: Cur ergo iſta caliditas excedens, non ſuperat ceteras qualitates, & nō deſtruit temperamentum?

Reſpondeo,quia non adeo excedit, vt hoc poſſit præſtare & eo magis,quia quanto caliditas eſt ceteris magis actiua, tanto etiā magis ceteræ qualitates reſiſtūt ei, vt non deſtruat proportionem: ſi enim adeo excederet caliditas, vt poſſit deſtruere temperamentum, non eſſet amplius complexio, nec proportio.

Et ſi

rationes Argenterij in artem paruam com.2

Et ſi dicatis iſta proportio, eſt diſpoſitio, vt fiat temperamentum non tamen dici poteſt temperamentum.

Secundo Temperamentum eſt ſubſtantia, & natura partiũ ſimilarium, ergo non eſt pro portio, conſequentia probatur, quoniam ſicut ex Ariſt. 1. de anima, anima non eſt harmonia, ita nec ſubſtantia erit harmonia.

Tertio temperamentum dicitur calidum, & frigidum, ſed proportio non denominatur calida, nec frigida.

Quarto temperamentum parit ſecundas qualitates, & eſt principium operationis, ſed hoc non facit proportio primarum qualitatum: ergo non eſt temperamentum: minor probatur, quoniam oportet eſſe reale, quod rem aliam parit, quod ſi hoc non poteſt facere abſque aliqua proportione, tamen illa pro portio non eſt id, quod agit.

Quinto poteſt dubitari, ſi temperamentũ ſit illa proportio & aggregatum ex quatuor qualitatibus, ergo eſt aggregatum per accidens, probatur ex Ariſt. quoniam ex pluribus entibus in actu, non fit vnum per ſe.

6.meth.vlt 2.meth.22

Sed facile erit reſpondere ad has rationes, & dicatis ad primam, eſſe petitionem principij, quoniam nego non eſſe proportionem. Ad ſecundum nego antecedens, quoniam eſt accidens, vt qualitas. Ad tertium dico, quod in illa proportione, dominatur aliqua qualitas, eo modo quo dictum eſt ſupra.

Ad quartum dico ad temperamentũ ſequi

ſecun-

ſecundas qualitates ſicut ad eſſe formæ,conſequuntur omnia conſequentia formam : vel dico, quod temperamentũ in virtute primarum qualitatũ producit ſecundas qualitates.

Ad quintum dico, ex pluribus entibus in actu perfecto,fit ens per accidens, ſed ex entib' in actu imperfecto fit ens per ſe,& ideo cũ qualitates ſint in temperamento in eſſe refracto, ideo dicuntur eſſe in eſſe imperfecto.

An primæ quatuor qualitates reperiantur actu, vel potentia in temperamento. Et ſi actu; an ſint in eſſe ſummo, vel refracto. Cap. III.

ESto igitur dicetis vos, quod complexio ſit Proportio primarum qualitatum,cum tamen primæ qualitates, poſſint ſe habere in triplici proportione, vel quod totæ corrumpantur in temperamento, & ſint tantũ in potentia,vel ſecũdo remaneãt in eſſe ſummo, & integre,vel tertio in eſſe refracto, & remiſſo.

Quęritur, an iſtæ primæ qualites ſint actu vel potentia in temperamento, & ſi actu, an ſint integre, vel remiſſe.

Doctiſſimi,& noſtra tempeſtate erudititiſſimi viri, crediderunt primas quatuor qualitates,remanere in eſſe ſummo in temperamento, adeo vt temperamentum reſultat ex extremis, & ſummis qualitatibus elementorum ſimul iunctis,& licet iſtæ qualitates in mixtione, & temperamento, nullo pacto ſint refra- *Fernelius libro 3.de natu.med.c.1 Ioubertus 1.de ca. parad.parad. 8.*

ctæ,

ctæ, ſed maneant integræ, & in eſſe ſummo, vbi tamen iſtæ ſummæ, & contrariæ qualitates inuicem fuerint permixtę, & confuſæ, tūc contrariarum perfuſione, quaſi iunctæ inhibentur, ne ſuas ſummas vires exerceant, hinc virium acumina, exuperantiaſq́, retudiſſe perhibētur, ita vt in miſto corpore nectuntur elementa, neque ſuæ molis pondere, neque qualitatū gradu, vt qui in omnibus ſummus ineſt ſed virium comparatione, temperamenti ſpeciē proferunt, & expromunt, quæ tamen complexio denominatur calida, vel frigida ab eo ſolum, cuius vis præſtat, & vincit, neque tamē diuulſorum elementorum qualitates, neque coeuntes, illæ quidem temperamentum efficiunt, niſi moderata, & concordi quadam mediocritate, ſe ſe mutuo complectantūr, & has qualitates in ſummo remanere ſic probant.

Primo eadem eſt contrarietas, inter extremas qualitates, ac inter refractas, nam ſicuti ſummus calor, & ſumma frigiditas ſunt contraria, ita quoque & calor remiſſus, & frigiditas remiſſa ſunt cōtraria, ergo ſi ſummas qualitates in confuſionem adductas, a ſe ſe poſſe mutuo ad mediocritatem deducere, cur non ſimiliter ſe ſe prorſus interimunt, ſi remiſſæ qualitates inter ſe ſunt cōtrariæ, ſicuti, & ſummæ, ſi ergo remiſſæ qualitates ęque inter ſe pugnant, vt ſummæ, neque ſolum extrema ex tremis, ſed & media medijs aduerſantur: Cur potius iſtæ qualitates refractæ, quam ſummę in idem cohibunt.

Secundo

Secundo ſicut calor, vt quatuor, & frigus, vt quatuor commiſcentur, teporem generãt, ſic prorſus accidere compertum eſt, ſi calor ſummus, & frigus ſummum miſcentur, teporem generant, nam aqua feruentiſſima ſi cum aqua frigidiſſima paribus portionibus miſceatur, mox tepeſcit, vt ſi ex mediocribus tẽperetur.

Tertio ſi in mixtione aquæ frigidiſſimę cũ calidiſſima fieret tepor, eo quia vt tu dicis remittuntur qualitates, quomodo fit hæc remiſſio tantorum graduum in tam breui tempore, & fere in inſtanti, cũ appareat, quod ſtatim, quod iſtæ duæ aquæ miſcentur, ſtatim fit tepor quod ſi fieret, illa remiſſio, non ſtatim fieret tepor, ſed longo tempore, ergo dicendum eſt, nihil aliud eſſe teporem, quam calidi, frigidi, ſicci, & humidi pari portione confuſionẽ, vnde qualitates illæ ſummæ in mixtione, & tepore manent, ſicut prius erant in elementis: cum hac tamen varietate, quod nunc per totas confuſe, eamdem, communemque materiã obſederunt, & quod ab Ariſt. dicitur ꝙ in mixtione qualitates remittuntur, non intelligitur, quod remittuntur in gradu, ſed in viribus, ne ſumme operentur.

Quarto ſi poſſunt manere in eſſe refracto, ergo & etiam in eſſe ſummo, probatur, quia eadem eſt contrarietas, eadem proportio, inter extremas qualitates, ac inter medias, & remiſſas qualitates, eadem enim eſt proportio quatuor, ad quatuor, ac octo ad octo.

Vt tamẽ tueamur cõem ſententiã, poterimus reſpõdere ad rationes doctiſ. Fernelij.

Et ad primum ſi dicamus, quod qualitates, dum ex mutua actione, & paſſione refractæ, deuenerunt ad mediocritatem, & quandam proportionem, quæ dicitur complexio, non ſunt amplius contrariæ: Et ſi dicas, frigiditas, & caliditas ſemper ſunt contraria, etiã, quod ſint remiſſæ, eo quia caliditas, vt vnum, & frigiditas, vt vnum ſunt contraria. Reſpondeo, quod frigiditas, & caliditas, ſiue in eſſe ſummo, ſeu refracto, ſemper ſunt contraria, niſi ex mutua actione, & paſſione, factę ſint mediocres, & inuicem proportionatæ, & temperatæ, quia vbi ex mutua actione factæ ſint mediocres, tunc perdunt contrarietatem, & non ſunt amplius contrariæ, quoniam implicat dicere, quod qualitates illæ ſint mediocres, temperatæ, & ad inuicem proportionatę, & quod ſint contrariæ, eo quia eo vſque inuicem agunt, & patiuntur, quouſque ſunt cõtraria, & quouſque deueniunt ad mediocritatem, & proportionem, quia tunc non ſunt amplius contrariæ, ideo poſſunt inuicem ſimul manere, ſine earum corruptione.

Ad ſecundum nego, quod generetur idem tepor, & ideo nego caſum: vel dico ad primũ, quod dum ſunt refractæ ſunt contrariæ, & inuicem agunt, & patiuntur, & remittuntur, & corrumpuntur, ſed ex illa refractione factũ eſt, vt nõ ſint adeo cõtrarię, vt ſunt in ſummo ſed remittuntur eorum vires, & ideo diutius

con-

conſeruantur in tẽperamento, & homo cum illis ſic refractis, poſſit diu viuere, & cum continuo inuicem agant, ideo illa cõtrarietas harum refractarũ qualitatum, eſt cauſa mortis, licet non niſi poſt longum tempus, & plus, vel minus ſecundum quod magis, vel minus ſunt refractæ, ſed ſi in ſummo remanerent ſtatim, & ſubito corrumperetur. & ſolueretur mixtũ, cum ſint ſumme, & extreme contraria.

Ad tertium dico non eſſe mirum, ſi illa remiſſo fiat tam breui tempore, quoniam eodẽ tempore, quo vnus gradus caloris, remittit vnum gradum frigiditatis, eodem tempore octo caloris, remittunt octo frigiditatis, cum eadem ſit proportio vnius ad vnum, ac octo, ad octo: ratio eſt, quoniam in mixtione illæ duæ aquæ calidiſſima, & frigidiſſima, dũ miſcentur, ita ad inuicem diuiduntur, vt partes omnes aquę frigidæ tangant oẽs partes aquę calidæ, & e cõtra, & ideo cum illæ aquæ inuicem ſe tangãt, ſimul, & ſemel ſecundum omnes partes, eodem tempore, inuicẽ agũt, & patiuntur, ideo breuiſſimo tempore fit illa remiſſio, & tepor.

Ad quartum nego eandem eſſe proportionem, vt dictum eſt ad primum, quoniam in ſummo ſunt contrariæ, & in illo eſſe refracto, non ſunt amplius contrariæ.

Dicamus igitur primas quatuor qualitates non remanere in eſſe ſummo in ipſo temperamento, ſed ſi non remanent in eſſe ſummo, & quomodo remanent.

Queritur

Quæritur enim an Primæ Qualitates totæ corrumpantur, ita vt in temperamento, omnes omnino ſint corruptæ, & in potentia tantum reperiantur, & non in actu.

Aliqui crediderunt in totum corrumpi, & remanere ſolum in potentia, quam ſententiã falſam eſſe, ſic probant Iuniores quidam, primo datur complexio, in qua dominatur caliditas, altera in qua adeſt dominium frigiditatis &c. ergo ſaltem iſta caliditas, quæ dominatur, non corrumpitur, probatur, quia nõ poteſt corrumpi à frigido ſe minori.

Chriſtophorus Auegali 1. de arte med. cap. 4

Secundo ſi primæ qualitates totæ corrumperentur, ergo complexio non haberet vim excalefaciendi, aut refrigerandi, probatur, quia iſtę qualitates per te totę sũt corruptæ.

Tertio ſi qualitates totę corrumperentur, ergo omnis complexio eſſet eadem, & eiuſdem rationis, & non darentur diuerſæ complexiones, probatur, quia diuerſæ ſunt complexiones, eo quia vna dicitur à prædominio calida, alia frigida, &c. Sed ſi per te omnes corrumpuntur, ergo non daretur complexio calida, aut frigida &c.

Hoc idem quarto ſic probat Farnelius, ſi omnes qualitates in temperamento corrumpuntur, ergo in corporibus noſtris, nulla reperiretur contrarietas, eo quia cõtrarietas, quę reperitur in nobis, eſt contrarietas primarũ qualitatum, ſed per te omnes ſunt corruptæ, ergo non datur aliqua contrarietas.

libro 3. de nat med. c. 1.

Quinto ſi in nobis non eſt aliqua prima con-

contrarietas, quæ ergo erit cauſa morborum, ſenectutis, mutationis temperamenti, ſecundum diuerſitatem ætatum, mortis, &c. cum hęc omnia fiant à contrarietate.

Sexto, ergo corpora noſtra in diſſolutione, non reſoluerentur in prima quatuor elementa, cum per te elementa in nobis nō ſint actu, nec etiam potentia, ſi iſtæ qualitates in totū corrumpuntur, vnde enim ſibi reſument elementa, cum omnino per te ſint corruptę?

Si tamen fateri volumus, primas qualitates in totum corrumpi, & remanere tantum in potentia, & non actu in temperamento. Dicatis, quod ex mutua actione, & paſſione primarum qualitatum, ipſæ qualitates omnino, & omnes corrumpūtur, quibus omnibus corruptis, reſultat temperamentum, in quo quidem temperamento licet actu non ſit caliditas, nec frigiditas, ſunt tamen in potentia, & in virtute, eo quia temperamentum quod reſultat ex qualitatibus corruptis, potens eſt excalefacere, & refrigerare &c.

Et ad rationes in oppoſitum adductas, poterimus reſpondere, & ad primum, quod licet iſtæ qualitates actu non ſint in temperamento, ſunt tamen virtualiter, & in potentia, & ideo licet in temperamento non ſit actu caliditas, &c. potens tamen eſt excalefacere, refrigerare, &c. cum virtualiter contineat primas qualitates, & ideo caliditas, quæ dominatur in temperamento, non eſt actualis caliditas, ſed eius virtus, & poten-

tia, ratione quarum virtutum, ipſum temperamentum potens eſt excalefacere, refrigerare, &c. & denominatur calidum, vel frigidum.

Ad ſecundum valeret ſi corrumperentur actu, & potentia, & ad alias rationes reſpondeo vt ad primum: melius tamen, & magis veriſimile eſt fateri, Primas quatuor qualitates, actu reperiri in temperamento, ſed in eſſe refracto.

Pro cuius rei maiori declaratione, ſciendum eſt, quod ad hoc, vt fiat complexio, neceſſe eſt, vt elementa, per contrarias qualitates, inuicem agant, & patiātur, ex qua mutua actione, & paſſione, elementa adeo diuiduntur, & inuicem permiſcētur, vt quælibet pars vnius contangat partem alterius, eo modo, quo diximus ſuperiori capite, niſi enim quælibet pars contangeret alteram, non fieret inter ea mutua actio ſecundum omnes partes elementorum, ſicuti eſt neceſſarium ad hoc, vt fiat temperamentum, ex qua mutua actione, & paſſione, refrangūtur, & remittuntur primæ qualitates, & deueniunt ad quandam mediocritatem, & proportionem, & iſta proportio harum primarum qualitatum ſic refractarum, dicitur Complexio, ſeutemperamentū: adeo vt Temperamentum nihil aliud eſt, niſi armonia, ſeu proportio primarum qualitatū refractarum: & quod tutius ſit fateri has qualitates remanere in mixto in eſſe refracto, quam in ſummo, inde colligi poteſt, quoniā

cali-

caliditas,& frigiditas ſunt qualitates actiuæ, iuxta ſe poſitæ, ſunt agentia naturalia, & cõtraria, nullum adeſt impedimentum, ergo neceſſario inter illas,erit mutua actio,& paſſio,vt miſcendo aquam calidiſſimam cum frigidiſſima, tunc quæro ſi caliditas ignis, agit in aquam, aut agit, vt inducat caliditatem, velut corrumpat frigiditatem,quodcumque dixeris,neceſſe eſt,vt ſequatur intenſio, & remiſſio primarum qualitatum,vt alibi demõſtrauimus, quia ſi ignis inducit caliditatem, ergo corrumpit frigiditatem, cum ſit impoſſibile, vt ſumma frigiditas poſſit ſtare cum aliquo gradu caloris: Si dicas,licet ſint contraria, tamen nulla ſequitur actio, quoniam cum ſint æqualia in gradu, & ambo in ſummo ita vt vna qualitas alteram non excedat, ideo nulla ſequitur actio, cũ actio fiat à proportione maioris inequalitatis. Dicatis, ꝙ licet æqualia ſint in gradu, & intenſiue, extenſiue tamen, & in virtute, ideſt in operando, & in agendo non ſunt æqualia, & eo magis, quia ſi ratio eſſet vera,nunquam fieret tranſmutatio de vno elemento in aliud, nec aer fieret ignis, &c.

lib. de elementis c.4

An complexio ſit ſubſtantia, vel accidens. *Cap.* IIII.

1. de vſu par. cap. 2. & 9. 3. de temp. c.4. 3 aph. com. 2.

DVbitari ſolet apud medicos, An Cõplexio ſit ſubſtantia, vel accidens, & ratio dubitandi eſt, quoniam ſubſtantiam eſſe cõ-

cedit Gal. dum dicit eſſe ſubſtantiam corporis, & naturam membri.

Secundo, id quod conſtituit eſſe alicuius, eſt ſubſtantia illius, ſic eſt complexio, ergo eſt ſubſtantia: minor eſt Gal. carni eſſe, & neruo, & aliorum vnicuique per complexionem ex quatuor elemementorum qualitatibus cõſtructam.

1. de vſu. part. c. 2.

Tertio affirmat Galenus vnamquamque partem noſtri corporis talem eſſe, qualis eſt propter calidi, frigidi, humidi, & ſicci temperamentum: Immo alibi docet, partes ſimilares inuicem diſtingui, & diuerſas parere operationes pro diuerſitate complexionis, & alio loco dicit, ex calido, frigido, humido, & ſicco, non hominis ſolum, ſed aliorum omnium naturam conſtare, vt bene docuit Hipocrates, & 2. de nat. hum. com. 1. dicit, formas vero corporis, naturas quarum eſſentiam demonſtrauimus in quatuor elementorum temperatione conſiſtere.

1. meth. med.

1. de nat. facul. c. 3.

7. meth.

1. de elemẽtis cap. 9.

Quarto quo poſito ponitur, & quo deſtructo deſtruitur, eſt ſubſtãtia ex Ariſtotele. ſed deſtructo temperamento, corrumpitur membrum, & ſtante optima complexione, membrum eſt viuens, & ſanum, ergo erit ſubſtantia membri.

5. methap. 15.

Quinto forma eſt actus, & perfectio corporis organici animati, talis eſt complexio, ergo eſt forma ſubſtãtialis, minor probatur, quia perficit corpus, cum omnes operationes fiant à temperamento, ſic docet Galenus, oculus

quod animi mores ſeq. corporis temp. li. de tremore cap. 6.

oculus enim non vidit, niſi ſit optime temperatus, ſic & omnes operationes naturales, & vitales, fiunt ab optimo temperamento quod ſi lædatur, lęduntur etiam operationes.

Curtius in 1.1. Auic. Montanus eo loco. Hali. 2. tegni. com. 26.

Iſtis rationibus moti quamplurimi doctiſſimi viri crediderunt ad mentem Gal. complexionem eſſe formam ſubſtantialem.

Auic. 1.1. Cõciliator diſ 17 Gẽtilis de ful. gi. 1. 1. Vgo eodem loco Iacobus For. eod. loco.

Contrariam tamen ſententiā ſequitur cõmunis opinio, quæ veriſſima eſt, & magis tuta, q̃ ſcilicet complexio non ſit ſubſtantia, ſed accidens: & pro maiori declaratione ſciendum eſt, quod licet Gal. non cognoſcat aliam formam, niſi temperamentum in viuentibus ipſis; & quamuis concedat animam vegetatiuā & ſenſitiuam, nihil aliud eſſe, quam temperamentum, tamen de anima intellectiua dubitat, an ſit temperamētum, quoniam licet lib. de tremore, & ſpaſmo cap. 6. & lib. quod animi mores ſequantur corporis temp. videatur aſſerere, intellectiuam eſſe temperamentum, dum dicit, quod intellectio fit à temperatura, ita vt ſi temperamentum lędatur, læduntur etiam operationes intellectus, tamen idē Galenus 5. de accid. cap. 5. dicit, quid ſit anima inconueniens eſt dicere, ſi vero tempus occurrerit opportunum, fortaſſe diſputabimus: & alibi non audet ſtatuere quid ſit anima intellectiua & 9. de vſupar. cap. vltimo non debemus dicere, quod intellectus ſit à ſenſu, ſed à temperantia ſpiritus animalis inſtrumentaliter tamen, & lib. de motibus liquidis cap. 3. dicit, inquirere de anima

Philopon⁹ 1. phiſ. com penultimo. Marſilius Ficiuus li. 7. de immortalitate animarum c. 9. & 12. Argenterius in Tegni com. 2. lib. 5. de ſimp. Med faculs. c. 5.

an ſit eius ſubſtãtia corporea, aut ſit aliquod corpori continuum, quod cum corpore decidit, aut ſpermatis vis, & potẽtię, relinquo hoc illis, qui ſe exiſtimant hoc veraciter ſcire, & alibi viſus eſt dubitare, quid voluerit denotare nomine animæ.

2. interio. c. 9.

Cum ergo fateatur Gal. complexionem eſſe ſubſtantiã Auic. vero dicit eſſe accidens de predicamento qualitatis: conantur multi tollere hanc contradictionẽ dicẽdo, quod Gal. appellat complexionẽ formam ſubſtantialẽ, non ꝙ reuera ſit ſubſtantia, ſed improprie dicitur ſubſtantia, prout in quanto à cõplexione bona, vel mala conſeruatur, & dependet ſubſtantia noſtri corporis, vel deſtruitur, eó modo, quo etiam dicimus de rebus multũ intrinſecis, & appropriatis alicui, ꝙ ſunt de ſubſtantia illius rei, Cõplexio. n. eſt res, a qua pẽdent noſtræ operationes, & ſic improprie loquendo à Gal. dicitur ſubſtãtia, quoniã ſicuti per formã ſubſtantialẽ, aliquod ſubſtentatur in eſſe perfecto, ita ſuo modo membrum per complexionẽ, ſubſtentatur in eſſe perfecto, & operatur, & quia ſenſibiliter operationes nõ videntur fieri, niſi a tẽperamento, & in ſingulis partibus ſenſibiliter nulla alia ſubſtantia apparet, niſi temperamentum, ideo medicus velut artifex ſenſatus, iudicat temperamentum eſſe ſubſtantiam, & formam ſubſtantialem noſtri corporis.

Iſta tamen ſententia, ad mentem Gal. non videtur vndequaque tuta, cũ manifeſtiſſime

appa-

appareat, ex locis citatis ipſius Gal. complexionem eſſe veram ſubſtantiam, nec vllam aliam formam ſubſtantialem agnoſcat Gal.

Nec laudo ſententiam doctiſſimi Argenterij aſſerentis, quod complexio in aliquibus ſit ſubſtantia in alijs ſit accidēs, eſt forma ſubſtantialis in non viuentibus, & in inanimatis, ſed in viuentibus complexio non eſt forma, ſed inſtrumentum, quo forma operatur: ſimiliter & in viuentibus forma ſubſtantialis partium ſimilarium eſt earundem temperamentum, eo quia in carne, oſſe, neruo &c. nulla alia reperitur forma, niſi earum complexio prout docet Ariſt. *In Tegni. com. 2.* *2. de gener. animalium cap. 1.*

Cogor tamen damnare hanc ſententiam, quoniam, vt docet Ariſtoteles, quod vni eſt accidens, alteri non poteſt eſſe ſubſtantia, ſed complexio per te aliquibus eſt accidens, ergo alteri non poteſt eſſe ſubſtantia: Secundo Complexio eſt terminus formalis alterationis, & non acquiritur, niſi per alteratione̅, cum fiat ex mutua actione, & paſſione primarum qualitatum, ergo non eſt ſubſtãtia, conſequentia tenet, quia ſubſtantia non poteſt acquiri per motum: alio modo conatur Curtius tollere contradictionem dicendo, quod non inconuenit aliquam formam eſſe directe, in prędicamento qualitatis, & indirecte in prædicamento ſubſtantiæ, nam ex Ariſtot. Differentia ſubſtantialis dicitur qualitas, & eſt directe in prędicamento qualitatis, indirecte tamen in prædicamento ſubſtantiæ. *1. phiſic. 26* *In 1. 1. cap. de compl.* *5. methaph*

Sed pace tanti viri clariſſimi, hæc ratio nulla eſt, quoniã licet hoc ſit verũ de differentijs non tamẽ dici poteſt de fõrma ſubſtantiali, vt ſit indirectè in prędicamento ſubſtantiæ, directe vero in prædicamento qualitatis.

Reſpõdeamus igitur ad quęſitum, & ſit prima concluſio, Complexio non eſt ſubſtantia, probatur ſubſtantia ex Ariſt. aut eſt materia, aut forma, vel compoſitum, neutrum eſt complexio, ergo non eſt ſubſtantia, minor probatur, quia non eſt materia, vt omnes concedũt, quoniam materia eſt principium paſſiuum, complexio vero eſt actiua, ſed quod non ſit forma probatur, nulla forma ſubſtantialis per ſe, & immediate, producit operationes, quia de ſe non eſt actiua: ſed Complexio per ſe, & immediate producit operationes, ergo non eſt forma. Secundo complexio habet contrarium, puta exceſſum alicuius extraneę qualitatis, & ſuſcipit magis, & minus, ergo non eſt forma ſubſtantialis. Tertio Complexio fit ex qualitatibus, ergo non eſt ſubſtantia. Conſequentia probatur, quia ſubſtantia, non fit ex non ſubſtantijs prioribus.

Quarto ſi complexio eſſet forma ſubſtantialis, cum ſingulis partibus, variæ, ac diuerſę ſint complexiones, ergo ſingule partes haberent varias, & diſtinctas formas ſubſtantiales quare in vno quoque mixto, darentur multæ formæ, prout multæ ſunt eius partes, quod tamen videtur inconueniens aſſerere. Melius enim eſt aſſerere, vnicam eſſe formam totius

mix-

mixti,& omnium partium,quę tamen eſt principium diuerſarum operationum,pro diuerſitate complexionum,quę complexio eſt inſtrumentum ipſius formæ.

Secunda Concluſio,Complexio eſt accidēs de prędicamento qualitatis, in prima ſpecie, & dicitur habitus,& eſt inſtrumentum formæ ſubſtantialis,& principium immediatum omnium noſtrarum operationum.

Pro cuius rei declaratione notandum eſt, quod Complexio nō eſt forma ſubſtantialis, ſed efficit corpus aptum, ad recipiendum formam, non tamen complexio dicitur forma, nam ſiquis lyrę cordas cōderet ipſas cōgruas idoneaſque conſtitueret, vt concentus formā ſuſcipiant, tamen chordæ, non ſunt ipſi concentus,ſed extrinſecus ab eo, qui pulſat concentus chordis prouenit,ita ſe habent corporum animatorum complexiones; nam complexionibus optime ſe habitis, & diſpoſitis extrinſecus formæ immictuntur ab ipſo opifice, ſtatim enim quod caro adepta eſt optimū temperamentum ſibi proportionatum, ſtatim in ea introducitur forma carnis, & ideo temperamentum, diſponit partes noſtri corporis,& mixtum ipſum, ad recipiendum formam ſubſtantialem.

21. Ad rationes vero in oppoſitum adductas, probantes temperamentum eſſe formam ſubſtantialem,facile erit reſpondere, & ad auctoritates Gal.dicatis, fuiſſe illius opinionis, vt complexio eſſet ſubſtantia,&ideo concedatis

hanc

hanc ſententiam eſſe contra Gal. quod ſcilicet complexio ſit accidens.

Ad quartum dico, veram eſſe maiorem propoſitionem, quod quando aliquo primo deſtructo, primo deſtruitur aliud, eſt eius ſubſtãtia, modo dico ad minorem, quod deſtructa complexione, non primo deſtruitur membrũ & animal, ideo non eſt ſubſtantia, ſed primo deſtruitur ad deſtructionem formæ. Secundo ad corruptionem complexionis, quare deſtructo temperamento corrumpitur forma, ad cuius corruptionem corrumpitur pars & animal.

Ad Quintum nego minorem, ad probationem dico eſſe principium operationis inſtrumentale, & non principale ideo dici non poteſt forma ſubſtantialis.

An Complexio ſit, qualitas realiter diſtincta, à primis qualitatibus

Et quot complexiones reperiantur in ſingulis mixtis. *Cap. V.*

...ar. de par.
...go
...nc Forlin.
...Gentanus
...1.1 Aui.
... de compl.
Tho. de Gar
bo q. 4.
Argent. in
Tegni. ca. 2.

ESto igitur dicetis vos, quod Complexio ſit qualitas, quæ reſultat ex mutua actione, & paſſione primarum qualitatum, iſta tamen complexio diſtinguitur, ne à primis quatuor qualitatibus, ita vt ſit qualitas ab illis realiter diſtincta, nec ne?

Crediderunt quamplurimi, Complexionem realiter diſtingui à primis qualitatibus, quam quidem ſententiam ſic comprobarunt

pri-

primo ſi opij complexio, nihil aliud eſt niſi aggregatum ex qualitatibus refractis, ergo opium non poterit extreme refrigerare, probatur quia frigiditas in complexione eſt refracta, ergo non poteſt remiſſa frigiditas, quæ reperitur in complexione opij, extreme refrigerare, ſi ergo complexio opij non addat aliam qualitatem ſupra primas qualitates, ſed ſolũ ſit illud aggregatum ex qualitatibus refractis non poterit habere intenſam frigiditatem, & in ſummo refrigerare, quare dicendum eſt, extreme refrigerare, non ratione remiſſæ frigiditatis, ſed ratione Complexionis, prout complexio eſt qualitas realiter diſtincta à primis qualitatibus, Idem dicendum eſt de Euphorbio, quod extreme excalefacit. *Iacobus for li. queſt. 5.*

Secundo ponatur, quod bracchium alicuius ligetur ita fortiter, vel alio modo fiat opilatio inter manum Socratis, & cor, cerebrum, & epar, quod ſpiritus non poſſint pertranſire ad manum, tamen volo, quod ab aqua, vel ab igne, aut à ſole, tantum calefiat bracchium ligatum, ac ſi tranſirent ſpiritus, adeo vt in manu remaneat preciſe tanta menſura caloris, frigoris, humiditatis, & ſiccitatis, quanta erat prius, ante quam bracchium eſſet ligatum, vel ſi non tanta, ſaltim tanta, quanta in aliqua manu viuentis hominis, & tamen non ſtat Cõplexio manus, quia manus corrũperetur, & æſtiomenabitur, & nec ſentiet, nec mouetur, & tamen iſta duo aggregata primarum qualitatum, ſunt omnino ſimilia in manu ſo *vs.*

cra-

cratis ligata, & in non ligata, ſeu ſaltim erit idem, illud aggregatum in manu Socratis ligata, & in manuplatonis non ligata, vt patet per argumentum, & tamẽ illud agregatum, in manu Socratis ligata, nõ eſt ſufficiens ad cõ ſeruandam formam manus, nec erit principium operationum manus ergo nec illud aggregatum in manu Platonis quia ſunt idem ergo nullum horum erit Complexio.

Iacobus de partibus. Tertio Primæ quatuor qualitates, diſtinguuntur à Complexione in ſubiecto ergo diſtinguuntur realiter: conſequentia probatur, quoniam accidentia ſumunt eſſe, diſtingui à proprijs ſubiectis, & numerantur numero ſubiectorum: accidentis enim eſſe, eſt in eſſe, tũ quia in definitione accidentis, cadit propriũ ſubiectum. *Ariſt. 7. metb. 2.*

Antecedens probatur, quoniam ſubiecta primarum qualitatum, ſunt elementa, ſubiectum autem complexionis, eſt corpus mixtum, nec poteſt ſaluari Complexio in quocũque elemento.

Quarto qualitates primæ, ſuſcipiunt magis & minus, intenſionem, & remiſſionem, Complexio vero non, ergo realiter diſtinguuntur.

Pro reſolutione difficultatis, notandum eſt primo quod Complexio, diſtinguitur à primis qualitatibus, eo quia cum non ſit nec caliditas, nec frigiditas, &c. ſed quid reſultans ex eis, ergo Complexio erit. Secunda quędam qualitas velut odor, ſapor, & color, ſunt ſecun-

dæ

dæ qualitates, ex primis productę & reſultantes: differt tamen Complexio, ab alijs ſecundis qualitatibus, quoniam primo,& per ſe, immediate reſultat ex mutua actione, & paſſione primarum qualitatum, ſed aliæ ſecundæ qualitates, vt ſapor, odor &c. nō primo, & per ſe, ſed ſecundario, & mediate, eo quia inſequuntur Complexionem.

Secundo Differunt, quoniam complexio, eſt primum principium omnium operationū quod non eſt verum de alijs ſecundis qualitatibus.

Tertio diſtinguuntur, quia licet complexio ſit qualitas diſtincta a primis qualitatib⁹ eo quia nō eſt nec caliditas, nec frigiditas, &c. continet tamen in virtute has primas qualitates, quia potens eſt excalefacere, refrigerare &c. quod tamen non eſt verum de alijs ſecū dis qualitatibus, hic tamen aduertendum eſt, quod licet complexio ſit qualitas diſtincta à primis qualitatibus, non tamen ab illis realiter diſtinguitur. Sit igitur iſta concluſio.

Complexio non eſt qualitas realiter diſtincta, à primis qualitatibus, ſed realiter nihil aliud eſt niſi illud aggregatum, ex primis quatuor qualitatibus, inuicem refractis, ex quibus reſultat vna tertia forma, quæ licet ſpecie differat à primis qualitatibus, non tamen differt realiter, ſicuti ex anima, & corpore fit tertium nempe compoſitum, quod nihil aliud eſt, quam aggregatum, ex anima, & corpore, & non realiter ab illis diſtinctum, ſed ſolum

Gentilis de Fulgineo in 1. 1. Auic. c. de Compl. Curtius eo loco Fernel. lib. 3. De nat. med. c. 1. Christophor. à Vega lib. 1. de arte med. cap. 4.

lum ſpecie, quia homo eſt in vna ſpecie, corpus, & anima in alia.

1. 1. cap de Compl. Sed quid ſentiat Auic. hac in re habet aliquam difficultatem, cum ſic loquatur. Cum enim Elementa ad inuicem agunt, & patiuntur ſuis virtutibus, accidit in eorum ſumma, quædam qualitas in toto ſimilis, quæ eſt complexio: ex quibus verbis ſic arguo, ſimilitudo eſt ad alterum, nam ſimilitudo eſt rerum differentium.

Pro reſolutione huius difficultatis, ſciendũ eſt quod illa verba dum dicit. Accidit qualitas in toto, ſimilis, tribus modis exponi poſſunt, primo modo, vt dicat accidit qualitas in toto. ſcilicet ſubiecto earum qualitatum ſimilis, quia nulla eſt aſſignabilis pars in mixto, in qua fuerit forma, aut qualitas elementi, quin ſit in eodem complexio mixti, ita vt non datur pars materiæ, quæ prius eſſet ſub forma elementi, in qua non ſit iſta complexio, ergo ipſa eſt in toto ſubiecto: vel ſecundo ſic intelligitur. Accidit qualitas in toto ſimilis primis qualitatibus. s. quoad virtutem, eo quia virtualiter comprehendit, omnes quatuor qualitates, & potens eſt agere & operari illarum actiones, vt excalefacere, refrigerare &c. *Gentilis in com.*

Auctor. Vel Tertio exponatis & melius. Accidit qualitas in toto ſimilis, ideſt accidit complexio in toto ſimilis primis qualitatibus, quia ab illis realiter non diſtinguitur, ſed in toto eſt ſimilis, cum realiter idem ſint, ſi enim Cõplexio realiter diſtingueretur ab illis nõ eſſet

eis

eis in toto ſimilis cum diſtingui realiter, ſit diſtingui ſecundum totum.

Ex ijs Reſpondeo ad argumentum, ſufficere, vt diſtinguantur ſpecie, & formaliter, non tamen neceſſe eſt, vt realiter diſtinguantur.

Ad rationes vero in oppoſitum adductas Reſpondeo & ad primum dico quod opiũ, refrigerat, ratione actualis frigiditatis. Et ſi dicas, frigiditas, quæ ingreditur Complexionem opij, eſt remiſſa, ergo non poteſt tam intenſe refrigerare. *Author*

Reſpondeo quod licet frigiditas ſit remiſſa, quia tamen in opio eſt magis intenſa, & plures gradus frigiditatis reperiuntur, quam in alio mixto, ideo non eſt mirum, ſi opium magis refrigerat, quam alia mixta.

Ad ſecundum dicatis caſum eſſe impoſſibilem ſi tamen concedatur per imaginationem quod remaneat idem calor, & frigus, & aliæ qualitates, vt ſupponit argumentum, dico, quod manus non corrumpetur, ſed tamen nõ ſentet nec mouebitur: quia ob neruos ligatos, non diffunditur ad illas partes ſenſus, & motus: vel dico, quod dato & non conceſſo, quod idem ſit aggregatum, tamen brachium illud corrumperetur, & ratio eſt, quoniam eius complexio: & calor innatus, niſi continuo foueatur, & augeatur à calore influenti, non poteſt diu conſeruari (vt alibi declarauimus) nec eſſe principiũ operationum. Modo dico, quod in prædicto caſu, cum bracchium non recipiat influentem calorem à corde, ideo *Curtius* *Author* *lib. 1. de calore c. 3.*

non

non eſt mirum ſi corrumperetur.

Ad Tertium dicendum eſt, qualitates ſecũdum eſſe refractum, quod habent in mixto, ſunt ſubiectiue in mixto, vt ipſa Cõplexio, & ideo complexio, & qualitates refractæ, non diſtinguũtur ſubiecto, ſed ſummæ qualitates diſtinguuntur ſubiecto à complexione, & de his verum eſt argumentum.

Iac. de par- t us.

Author.

Ad Quartũ dico, ꝙ qualitates, vbi ex mutua actione, & paſſione deuenerunt ad illã proportionem, quę dicitur complexio non ſuſcipiunt magis, & minus, quia vbi intenduntur, & remictuntur, ſtatim ſoluitur proportio, & fit intemperies.

Gentilis in 1.1. Auic. c. de compl. Iacob. Foſ eo loco q. 5. Thomas de Garbo. q. 4.

Sed an in ſingulis mixtis vna vel plures reperiantur complexiones, dubitarunt quãplurimi, credentes in ſingulis mixtis, duas eſſe cõplexiones, vna quæ reſultat ex caliditate & frigiditate, altera ex humiditate, & ſiccitate, quam ſententiam ſic probant.

Primo inter primas qualitates, ſunt duę cõtrarietates, ergo duo media reſultantia ex illis duabus contrarietatibus, nam ſi extrema ſunt diuerſorum generum, oportet, vt etiam medium ſit diuerſorum generum, medium enim, & extrema, ſunt in eodẽ genere, & ideo medium colorum, eſt diuerſum à medio ſaporum.

Gentilis.

Thomas. Iacobus.

Secundo quorumcumque vnum variatur, alio non variato, illa ſunt diſtincta, ſed fieri poteſt, diſtemperamentum in complexione media inter humidum & ſiccum, nullo aduenien-

niente diſtemperamento complexioni mediæ inter actiuas, vt inter complexionem me diam inter frigiditatem, & caliditatem, ergo ſunt inuicem diſtincta, minor probatur, quoniã videmus corpus aliquod notabiliter exiccatum abſque hoc, quod notabiliter calefiat, aut frigefiat, vt patet, de puero tendente ad iu uentutem.

Tertio Ar. ſecundo de anima dicit, ſenſus tactus eſſe plures, ſed hoc non poteſt eſſe niſi quia diſpoſitio qualitatũ deſeruiẽs, nõ eſt pre ciſe vna ſed plures, vna ſcilicet media inter actiuas, alia media inter paſſiuas, ergo & ſimiliter, duæ erunt complexiones.

His tamen non obſtantibus, melius eſt aſſerere, vnicam tantum complexionem, reperiri in ſingulis mixtis, non enim multiplicanda ſunt entia citra neceſſitatem, turpe enim fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora & æque bene, ſed cum vnica tantum ſit forma in ſingulis mixtis, ergo vnicum inſtrumentum, quod eſt Complexio, & principium omnium operationum. Aduertendum tamen eſt, quod quando dicimus vnam tantum complexionem reperiri in ſingulis mixtis, hoc non ſic eſt intelligendum, vnicam tantum eſſe complexionem omnium partium, ipſius mixti; quia hoc eſt falſum, cum ſingulæ partes noſtri corporis, varias habeant, ac diuerſas cõplexiones, ſed intelligendum eſt, ſingulas partes habere tantum vnam complexionem, quæ reſultat ex oĩbus quatuor primis qualitatibus

&non duas,vt probant ſupradictę rationes,ad quas facile eſt reſpondere;& ad primum concedo diuerſæ ſunt cõtrarietates, ergo diuerſa media,aliud enim eſt medium inter calidum & frigidum, aliud inter ſiccum & humidum, non tamen medium inter calidum, & frigidũ, dicitur temperamentum,quoniam temperamentum reſultat ex omnibus quatuor qualitatibus,& non ex duabus.

Ad Secundum Nego minorem, ſupponit enim dari illas duas complexiones, quod eſt falſum.ad probationem ſolum probat ſiccitatem diſtinctam eſſe à caliditate & frigidita te quod concedo, quia variatur ſiccitas alijs non variatis,ſed quando augetur ſiccitas plus iuſto,ita vt corpus exiccetur plus debito,tunc dico, quod non ſolum variatur cõplexio media inter paſſiuas, vt ſupponit argumentum, ſed dico variari, & corrumpi totã complexionem per exceſſum ſiccitatis.

AdTertium dico,quod ibi Ar.loquitur dubitatiue, dum dicit ſenſus tactus videtur eſſe plures ex diuerſitate obiectorum,adeo vt non fatetur ſimpliciter,quod ſint plures,ſed dicit, videtur, quod ſint plures ex diuerſitate obiectorum,ideſt ex diuerſitate in primis qualitatibus, quæ tamen diuerſitas obiecti, non habet variare ſenſum tactus,quia eodem modo dicerẽ ego,ꝙ cũ diuerſa ſint obiecta viſus, vt album,& nigrũ,ergo ſunt diuerſi viſus, quod tamen eſt falſum,&ſi dicas licet ſint contraria album,& nigrum,tamen non eſt niſi vna ſola

con-

contrarietas,ſed in primis, qualitatibus,ſunt duę contrarietates.

Reſpondeo quod licet ſint duæ contrarietates,tamen eodem modo alterant,& immutant ſenſum tactus.

An Complexio hominis perfectior ſit quam complexiones aliorum animalium.
Cap. VI.

VIdetur quod non,& ratio dubitandi eſt, quoniã quod cõplexio ſit perfecta, vel imperfecta cognoſcitur ex perfectione operationum,ſed multa ſunt animalia, quæ perfectiorem habent operationem, quam homo, ergo & perfectiorẽ complexionẽ. Minor probatur,quoniam vultur,& canis, habent meliorem olfatum,vt enim docet Ari. Homo inter cætera animalia praue odorat,immo Aquila melius videt,quam homo,ſic fatetur Ari. immo ſecundum communem ſententiam. *2.de anima c.de olfatu. 2.de anima c de viſu.*

Nos aper auditu, Linx viſu,ſimia guſtu. *5. gen. ani. c. 4.*

Vultur odoratu,præcellit aranea tactu.
Ergo omnia iſta animalia,habent perfectiorẽ complexionem.

Contrarium tamen docet Gal. humanam cõplexionem perfectiorẽ,& nobiliorẽ eſſe cęteris complexionibus,eo quia eſt principium perfectiſſimarum operationum,quod clarius ſic docet Auic. Donaſſe Deum homini,meliorem complexionẽ, quæ reperiri poteſt in mũdo,conuenientem ſuis operationibus,& cum *1. Tegni. c. 8. 1.1.doct.3. cap.2*

N 2 ope-

operationes humanæ, perfectiores ſint alijs, ideo non eſt mirum, ſi homo habeat complexionem perfectiorem alijs cum complexio ordinetur vt ad finem ad ipſas operationes & perfectio complexionis, attendatur penes perfectionem operationum, ea enim quę ordinãtur ad finem, menſurantur, & diſponuntur ſecundum finis exigentiam, ſic docet Ari. cum ergo operationes ſunt finis cõplexionis, ideo ſecundum diuerſitatem operationum, & earũdem perfectionem, diuerſa, & perfectior conuenit complexio.

Secunda Ratio, homo habet perfectiorem formam, ergo & perfectiorem complexionẽ Conſequentia probatur quoniã non ſolũ per complexionẽ diſponitur ſubiectũ ad recipiendum formã, vt diximus ſupra, ſed quia eſt eius inſtrumentum, & principium actiuum omniũ operationum, perfectiſſima complexio, diſponit ſubiectum ad recipiendum perfectiſſimã formam, ſicut imperfecta complexio, non erit apta preparare, & diſponere ſubiectum, vt recipiat nobiliſſimam formam.

Sed pro maiori declaratione, notandum eſt primo, quod ſicuti Duplex eſt Cõplexio, quoad pondus, & quoad iuſtitiam, ita quoq; complexio, de qua hic loquimur, eſt complexio quoad iuſtitiã, cum complexio ponderalis non reperitur, vt dicemus infra ſuo loco, nec ad medicum ſpectat, eam conſiderare, vt docet Auic. Complexio autem quoad iuſtitiã, vt eodẽ loco docet Auic. eſt illa, quæ data

1.1. Doct. 3.c. de cõpl.

eſt

eſt vnicuique mixto ſibi proportionata,& cõueniens, pro exercendis operationibus illius mixti, in qua quidem complexione, licet primæ qualitates, non ſint in æquali gradu, & menſura,ſed ſemper vna illarum qualitatum dominetur,vt in humana cõplexione, dominatur calor,& humiditas,iſta tamen complexio dicitur proportio, quia conueniens eſt, pro exercendis operationibus, vt diximus ſupra & iſta dicitur Complexio ſecundum Iuſtitiam,diſtributiuam, eo quia cuicunque mixto ſecundum iuſtitiam, ideſt ſecundum eius conuenientiam,data eſt propria complexio, homini tamen data eſt perfectior quam cæteris animalibus,& mixtis: Secũdo Notãdũ eſt, ꝙ Cõplexio iſta quoad iuſtitiã, non eſt punctualis,nec cõſiſtit in puncto,ſed habet maximã latitudinẽ,quoniã cũ ſit principiũ bonarũ operationũ non eſt poſſibile,vt duret in inſtãti:dicatis igitur,ꝙ cõplexio tẽperatiſſima quoad iuſtitiã,reperitur,in homine optime ſano, in ætate iuuentutis,vt circa 3.annum, & credendum eſt durare ſpatio trium, aut quatuor annorum, quo tempore meliores, & perfectiores, producere poteſt operationes,quod quidem tempus, vt dicit Auicenn. eſt in ætate, quæ eſt in fine augmenti.

Et ſi dicatis vos, non eſſe verum, quod in homine temperato, perfectiſſima complexio ſit in ętate iuuentutis, quia ſi hoc eſſet verum,ergo in ętate iuuentutis, eſſent perfectiores operationes, quam in alijs ætatibus,

quod tamen eſt falſum, quoniam augmentum perfectiſſimum eſt in puero: virium robur in iuuentutè, & vigenti ætate, ſapientia in ſene, & eo magis quoniam Ari. fatetur animalia ſanguine tenui prædita magis valēt ingenio craſſi ſanguinis, & fibroſi magis viribus, ſed qui temperatum ſanguinem habent modice vtrūque harum obtinet, nō ergo in temperato homine, erunt omnes operationes perfectiſſimę vel ſaltim temperata complexio & perfectiſſima, non erit in iuuentute.

2. de part. an. c. 2.

Iac. forl. 1. 1. c. de cōp.

Reſponderunt quidam ad difficultatem, ꝙ complexio non dicitur perfectior, quia producat perfectiores operationes, quoniam in homine Apopletico eſt perfectior Complexio, quam in Aſino ſano, & tamen operationes Aſini ſani, ſunt perfectiores, operationibꝰ hominis Apopletici, eo quia Aſinus ille ſentit & mouetur, quod non fit in Apopletico. Quare dicendum eſt, illam eſſe perfectiorem complexionem, quæ habet conſeruare perfectiorē formam in materia, & quia humana complexio conſeruat nobiliorem formam, quam alię complexiones, ideo dicitur complexio humana perfectior cæteris.

Sed non laudo hanc ſententiam, quoniam, cum complexio non cognoſcatur, an ſit optima, vel mala, niſi à poſteriori ideſt ex operationibus ipſis, cum ſit ordinata veluti ad finem, ad ipſas actiones, vt docet Auicenn. ideo dicendum eſt, perfectiſſimam complexionem, eſſe principium optimarū operationum

1. 1. cap. de compl.

num,& ad rationem dico, quod ſufficit conſiderare aptitudinem. i. quod complexio perfecta, ſi ob aliquod impedimentum, non poteſt parere optimas operationes vt contingit in Apopletico, ſit tamen apta parere optimas operationes, niſi fuerit impedita.

Ad quæſitum principale duobus modis poſſumus reſpõdere, primo modo ſi dicamus, nullum eſſe incõueniens, aliud ab homine, habere vnam perfectiorem operationem, vt probat argumentum, ſed quando dicimus hominem habere perfectiſſimam complexionem, quia habet perfectiſſimas operationes, non eſt intelligendum, quod omnes operationes in homine ſint perfectiores, quam in quocunque alio animali, quia hoc eſt falſum, vt probat argumentum à principio adductum, ſed intelligitur quod in homine, reperitur perfectior operatio, quam in alio mixto & complexio humana, eſt principium perfectioris operationis, nempe ipſius diſcurſus, & intellectus, quia ergo complexio humana, eſt principium perfectioris operationis, quam ſint cõplexiones aliorum animalium, ideo dicimus, humanam complexionem, eſſe perfectiorem.

Vel ſecundo dicamus, ꝙ omnes operationes hominis ſimul ſumptæ, ſunt perfectiores omnibus operationibus aliorum mixtorum cum hoc tamen poteſt ſtare, quod vna operatio, ſit perfectior in vno diſtemperato homine, quam in temperato, & in vno alio

 mixto,

mixto, quam in homine, & ſic licet Aquila ex cedat hominem in viſu, tamen exceditur poſtea ab homine in omnibus alijs, & ſic de alijs & ſic aggregatum, omnium operationum, perfectius eſt, in homine, quam in alio mixto.

Poſſumus etiam dicere, quod homo nec etiam in viſu, ſuperatur à Linceo nec etiam ab Aquila, ſicuti nec in odoratu à cane &c. Et ratio eſt quoniam aliud eſt longe videre, aliud acute videre. Acute videre, eſt apprehendere omnes rerum differentias, ſimiliter in quacunque ſenſatione vt in viſione, duo ſunt, primo eſt viſio, ſecundo eſt cognitio, ſeu iudicium in diſtinguendo differentias obiectorum, linx enim videt colorem longiſſime, non tamen apprehendit, nec cognoſcit differentias colorum nec eas diſtinguit, vt diſtinguendo album à nigro &c. Ex hijs dico, quod perfectius eſt Secundum quam primum, & diſtinguere, & cognoſcere differentias colorum magis indicat perfectionem complexionis, quam colores à longe videre, aut à longe ſentire odorem, vel ſonum, & ſic dico, quod homo vtrumque obtinet, quod ſi tamen excedatur in primo vt longius videre & ſentire ab aliquo animali, homo tamen ſuperat omnia animalia In Secundo quod eſt perfectius, nam Lynx longius videt colorem, quam homo, ſed homo melius cognoſcit, & diſtinguit differentias colorum, quam Lynx, non cognoſcit, ſic dicendum eſt de auditu, ta-

ctu

ctu &c. & ſic homo excedit omne animal in cōplexione, & operatione.

Si dicas ſtructio Camelus liquefacit,& melius fundit ferrum, quam homo, ergo habet perfectiorem complexionem. Reſpondeo, licet colliquet ferrum,non tamen melius digerit, quia perfectio digeſtionis, non conſiſtit in colliquatione cibi, ſed in generando bonum chilum, ſed meliorem chilum generat homo, quam ſtructio Camelus.

Et ſi dicat quiſpiam veſtrum, multa ſunt animalia, quæ longiori tempore, & diutius viuunt,quam homo, ergo habent perfectiorem complexionem, cum longitudo vitæ ſit ex optimo temperamento. Confirmatur hoc idem, quoniam & animalia ſunt magis ſana, nec adeo morbis obnoxia vt homines, ſignū eſt ergo, habere complexionem magis temperatam, cum ſanitas nihil aliud ſit, quam optima complexio partium ſimilarium,& cōpoſitio organicarum, ergo corpora ſana habent optimam complexionem,& ea quę ſunt magis ſana perfectiorem complexionem. Ad hanc difficultatem quid ſit dicēdum, pro nunc non video, niſi fortaſſe dicamus, quod licet homo habeat perfectiorem complexionem,tamen ob crapulam,& inordinatam victus rationem, & propter animi accidentia, factum eſt, vt per accidens minus viuat, & plurimos patiatur morbos, Animalia vero diutius viuunt, & magis ſana, non quia meliorem habeant complexionem, ſed quoniã

vtun

vtuntur victu tenui,& ſimpliciſſimo, nec animi accidentia patiantur.

Sed dubitatur ſecundo, quoniam dicebamus hominem, habere perfectiores operationes, eo quia habet perfectiſſimam omnium operationum, nempe intelligere, & diſcurrere, contra dicetis vos, Si ideo homo dicitur habere perfectiſſimam complexionem, quoniam habet perfectiſſimam operationem, ergo inter homines, præcipue deberet reperiri in homine temperatiſſimo, optima ſapientia, & optimus intellectus, quod tamen non eſt verum, quia ſapientia reperitur magis in ſene, & eo magis cum melancolici, ex Ariſto. ſint prudentiores, doctiores, & melius intelligant, & diſcurrãt, quam temperati homines. Cum ergo operationes intellectus, perfectiores ſunt in homine ſene, & in melancholico diſtemperato, quam in homine temperato, ergo communis ſententia non videtur vera.

30. part. probl. probl. 1.

Difficile eſt reſpondere ad hanc rationem, niſi forſan dicamus, ꝙ duplici de cauſa humana complexio dicitur perfectior cæteris complexionibus aliorum animaliũ: primo quia conſeruat nobiliorem, & perfectiorem formam in materia. Secundo, quia eſt apta parere perfectiores operationes: iſta tamen humana complexio, maximam habet latitudinem; non enim omnis humana complexio eſt apta parere æque bene, in quocunque indiuiduo, omnes operationes, eo quia vna cõplexio humana, eſt apta parere meliorẽ ope-

ratio-

rationē, quā altera, vt ſanguinea magis facit ad concoctionē, bilioſa ad fortitudinem, melancolica complexio ad ſapientiam, & prudentiam &c. Dico igitur quod complexio humana in melancolico, & ſene, parit operationes intellectus perfectiores, quam in iuuene, aut in ſanguineo, vel bilioſo: Notandū tamen eſt, quod complexio melancolici, & ſenis, quæ reddit hominem prudentiorem, & ſapientiorem non eſt diſtemperata, vt ſupponit argumentum, ſed eſt temperatiſſima quo ad iuſtitiam cum ſit proportionata, & conueniens, pro bene, & optime exercendis operationibus intellectus, & ideo licet complexio melancolici, & ſenis in reſpectu ad alias operationes dicatur intēperata, cū cęterę operationes in melancholicis, magna ex parte ſint deprauatæ, vt naturales, & animi mores, &c. tamē ratione iudicij, & diſcurſus dicitur temperatiſſima. Reſpōdeo ergo in forma ad argumentū, ꝙ optima ſapientia, & prudentia reperitur in homine tēperatiſſimo, ideſt qui habeat perfectiſſimā cōplexionē, vt poſſit parere has operationes intellectus perfectiſſimas, talis vero eſt cōplexio ſenum, & melancolici, & ideo verū eſt, ꝙ perfectiſſima operatio non poteſt fieri, niſi a perfectiſſima complexione.

Et ſi dicatis, non eſt verum, quod in homine temperato, omnes operationes perfectiores ſint, quam in diſtemperato, cum doceat experientia, quod in homine diſtēperato, ſunt quædam operationes perfectiores, quam in tem-

temperato. Reſpondeo argumentum eſſe veriſſimum, quoniam eſt impoſſibile, vt vna, & eadem complexio, poſſit parere omnes operationes ęque perfectas cum vna operatio, vt concoctio fiat à calido, & humido dominãte, altera à frigido, & humido, alia à frigido, ſicco &c. ſed ſufficit, quod omnes operationes meliores, & perfectiores, fiant ab humana cōplexione, quam ab alia, licet non poſſint omnes fieri in omni indiuiduo: & pro maiori declaratione notandum eſt, quod nō omnium partium noſtri corporis, eadem eſt cōplexio, ſed quot ſunt partes inuicem diuerſę, tot etiam ſunt complexiones inuicem diſtinctæ, quæ ſunt principium diuerſarum operationum, quando ergo dicimus Humanā Cōplexionem perfectiorem eſſe cæteris complexionibus aliorum animalium, & quod operationes in homine, meliores ſint, quam in alijs animalibus, iſta propoſitio non eſt ſic intelligenda (vt perperam communiter creditur) quod in omni homine perfectiores ſint, quā in quocumque animali, cum hoc ſit falſum, cum in multis animalibus ſint aliquæ operationes perfectiores, quam in aliquo homine, ſicuti melior fit concoctio in ſano, & in temperato animali, quam in homine ſene, conualeſcente, & male ſano &c. Sed illa propoſitio intelligenda eſt, cęteris paribus, quod ſi ſit vētriculus animalis, habens perfectiorem complexionem poſſibilem reperiri in quocunque perfectiſſimo, & temperatiſſimo animali, de-

Authoris ſolutio.

terius

terius poterit cõcoquere, quã perfectiſſimus ventriculus in homine temperatiſſimo, & ita data paritate perfectior eſt viſio, & auditus in oculo, & aure temperatiſſimi hominis, quam temperatiſſimi animalis, quare data paritate, & æqualitate complexionum, ſemper humana complexio, apta eſt parere perfectiores operationes, ſed comparando perfectiſſimam complexionem auris, aut oculi alicuius animalis, ad imperfectiſſimam, vel debilem cõplexionem auris, vel oculi hominis, quid mirum, ſi illud animal & melius, audit, & videt?

Hinc etiam notandum eſt, quod cum in ſingulis in diuiduis, tot ſint complexiones diuerſæ, quot ſunt partes inuicẽ diſtinctæ, ita quoque diuerſę operationes, non poſſunt fieri ab vna, & eadem complexione, cum complexio aurium ſeruiat ad auditum, non autem ad viſionem, vel olfactum &c. Sed diuerſę, ac variæ operationes fiunt à varijs, & diſtinctis cõplexionibus, & ideo videmus hominem habere perfectiſſimum viſum, & odoratum, & tamẽ male ſentire, poſſiible eſt ergo, vt in Socrate multæ operationes optimæ ſint, & quædam ſint imperfectæ, & diminutæ: immo videtur impoſſibile, vt in aliquo indiuiduo reperiantur omnes operationes perfectiſſimæ, vnde quando dicimus in Homine temperato omnes operationes perfectiſſimæ ſunt, & perfectiores, quam in alio. Iſta propoſitio ſimpliciter, & abſolute non eſt vera, vt probat argumentum, niſi per omnes intelligamus plures,

vt ſenſus talis ſit, humana complexio temperata perfectiores apta eſt parere operationes, quam temperata complexio alicuius animalis, hoc tamen veriſſimũ eſt, quod omnis perfecta operatio fit ab optima complexione, vt iudicium, & diſcurſus ab optima temperie cerebri, optimus viſus ab optima complexione oculi &c. Impoſſibile enim eſt, vt perfecta operatio fiat à mala complexione, & quando dicis in diſtemperato, quandoque eſt melius iudicium & diſcurſus, dicatis, quod iudiciũ, & diſcurſus nõ fit ab illa diſtemperantia, ſed ab optima, & perfectiſſima complexione ipſius cerebri.

Et illud corpus ratione temperiei ipſius cerebri dicitur temperatiſſimum, ſed dicitur, & denominatur diſtemperatum non ratione cerebri, ſed ratione aliarum partium, quæ cum non habeant optimam complexionem, ideo habent illas operationes, quæ procedunt, & fiunt ab illis partibus diſtemperatis imperfectas, & diminutas. Cum ergo in tali corpore plures ſint partes diſtemperatę, quam temperate, ideo facta denominatione à potiori, illud corpus dicitur diſtemperatum: Vnde nullum eſt inconueniens, vt in corpore diſtemperato, ſit aliqua perfectiſſima operatio, cum in tali corpore diſtemperato, poſſit eſſe aliqua pars temperatiſſima, quæ apta erit parere perfectiſſimam operationem.

Quare poſſumus dicere, quod in Homine temperato, perfectiores ſunt operationes:

Iſta propoſitio ſic ſit intelligenda, quod in homine temperato, ideſt in homine à temperata complexione perfectiores ſunt operationes, quam in homine diſtemperato, ideſt quã à mala complexione, quia, quo temperata eſt complexio, perfectiores parit operationes.

Quodnam ſit corpus temperatum, & quibus ſignis cognoſcatur corpus eſſe optime ſanum. Cap. VII.

CVm hactenus declarauimus, humanam Complexionem, perfectiorem eſſe, quã cæteræ complexiones aliorum mixtorum, & animaliũ: quæritur igitur, quibus ſignis poſſumus nos cognoſcere corpus eſſe optime ſanum. Dicatis, hoc docere Gal. dum dicit, ſigna, quæ oſtendunt corpus eſſe optime ſanũ, ſumẽda eſſe à tribus, primo à ſubſtantialiter inherentibus Secũdo a neceſſario conſequentibus operationibus: Tertio à caſibus, qui proprie accidentia dicuntur, quæ proprie inſunt ſanis: ſic exponunt communiter omnes ſententiam Gal. *1.segni.c.8.*

Melius tamen eſt aſſerere quatuor eſſe, & non tria, à quibus ſumuntur ſigna optimæ ſanitatis, primo à ſubſtantia ipſius membri; Secundo à neceſſario conſequentibus; tertio à neceſſario accidentibus; quarto ab operationibus, & ꝙ hoc ſit verum videatis Gale. 1. de vſu part. cap. 9. vbi declarans, quæ nam ſint ea, quæ reperiuntur in ſingulis partibus

noſtri corporis, exemplificans de manu, dicit primo eſſe Temperamentum, quod eſt ſubſtantia ipſius manus: ſecundo ſunt ea, quæ neceſſario conſequuntur complexionem manus, vt color, odor, durities, mollities &c. ꝙ cum ſint ſecundæ qualitates, quę neceſſario ſequuntur primas: ideo neceſſario dicuntur conſequentes mixtionem primarum qualitatum, nempe complexionem, ſecundum enim quod alia vel altera ſit mixtio primarũ qualitatum, ita reſultant diuerſi, ac varij colores, odores &c. & prout membra inuicem differunt in temperamento, differunt etiã in odore, colore, ſapore, duritie. &c. Hęc igitur ſunt, quę neceſſario cõſequuntur ſubſtantiam mẽbri, nempe complexionem: Tertio reperiuntur, & aliqua, quæ neceſſario accidunt, & numerando Hęc Gal. numerat magnitudinem numerũ, formationem, & ſitum; & ſi dicatis, quæ differentia eſt inter neceſſario conſequi, & neceſſario accidere? Reſpondeo, quod cõplexionem hujus carnis, neceſſario ſequitur talis odor, & determinatus color, & durities, &c. vt dictum eſt ſupra, non tamen neceſſario ſequitur, vt habeat talem, & tantam magnitudinem, vel talem figuram, ſitum, & numerũ, licet enim in genere neceſſario ſequatur, vt habeat magnitudinem, figuram, numerum, & ſitum, accidit tamen, vt habeat talem magnitudinem, hanc, & non alteram figuram, & illa pars ſit magna, vel parua; iſta igitur neceſſario accidentia ſunt quatuor, vt magnitu

do, fi-

do, figura, numerus, & ſitus ipſarum partium, à quibus ſumuntur ſigna, quæ oſtendunt, an tale corpus ſit optime ſanum: quarto repe-riuntur in ſingulis partibus, preter dicta tria, etiam Operationes.

Ab omnibus iſtis, ſumenda ſunt ſigna optimæ ſanitatis, quod etiam docet Gal. dum dicit, ſumuntur primo à ſubſtantialiter inheréntibus: ſecundo ab his, quæ neceſſario conſequuntur: tertio ab operationibus: quarto ab accidentibus: quare non debemus legere ſic coniunctiue (vt perperam omnes legunt.) Et ab his quæ ex neceſſitate conſequuntur operationibus, quaſi hoc vnum, & idem ſit neceſſario conſequens, & operationes, ſed debemus legere diſiunctè, quaſi diceret ſigna ſumi debent ab his, quæ neceſſario conſequuntur, & ab operationibus, vt ſit diſtinguendum inter illa duo, vt optime legitur in textu Græco, & eo magis cum Gal. loco citato diſtinguat operationes, à neceſſario cõſequẽtibus. *1. tegni. c. 8.* *1. vſu part. c. 9.*

Si ergo dicetis vos, ſumenda ſunt ſigna optimæ ſanitatis: primo a ſubſtantialiter inherentibus, quid intelligit Gal. per ſubſtantialiter inherentia: dicatis intelligere ſubſtantiam, & formam ipſius corporis, & partium noſtri corporis; & cum complexio ſecundum Gal. ſit ipſa ſubſtantia, dicendum erit ſigna ſumpta à ſubſtantialiter inherentibus, eſſe ſigna, quę ſumuntur à temperamento, quare indicatione ſumpta à temperamento, illud corpus dicitur optime ſanũ; quod optimum ha-

O bet

bet temperamentum: Sed contra dicetis vos, optima temperies, nihil aliud eſt, quam ipſamet perfecta ſanitas, cum ſanitas partium ſimilarium, nihil aliud ſit, quam earundē partium optimum temperamentum, ergo idem eſt dicere optimam complexionem indicare optimam ſanitatem, ac dicere optimam ſanitatem indicare optimam ſanitatem, & ſic idē erūt ſignum, & ſignificatum, vt tollamus hāc difficultatem dicatis, quod hic Gal. non dicit ſigna ſanitatis ſumenda eſſe à ſubſtantia, quæ eſt ipſa complexio vt communiter exponitur quia ſic argumentum eſſet demonſtratio, ſed dicit deſumenda eſſe a ſubſtantialiter inhærentibus, ideſt ab eis, quæ eſſentialiter, & neceſſario inſunt ſubſtantię, ideſt complexioni, hæ autem ſunt primæ quatuor qualitates, ex quarum mutua actione, reſultat complexio, quare ſigna, quæ oſtendunt optimam complexionem, vel ſanitatem, & corpus eſſe optime temperatum, vel optime ſanum, quod idē eſt ſumi debent à primis quatuor qualitatibus, nam ſi in aliqua parte noſtri corporis primæ qualitates excedant plus iuſto, ita vt illa pars ſit magis calida, vel frigida, aut ſicca, quam conueniat, ſtatim iudico illam partem non eſſe optime ſanam, quia non habet optimum temperamentum, ſed ſi primæ iſtæ qualitates ſe habent in debita menſura, ſtatim iudico corpus eſſe temperatum, & ſanum, ſic docet Galenus, & ideo ſigna deſumpta a primis qualitatibus, dicuntur ſubſtantialia,

Authoris ſolutio.

1. ſani. in c. 8. lib. de op. corp. conſt.

tialia,& eſſentialia,& ſubſtantialiter, & eſſen tialiter demonſtrare,an corpus ſit optime ſanum,necne : quoniam primæ qualitates cõſtituunt ipſam ſubſtantiam, nempe complexionem,& ſunt partes eius eſſentiales.

Secundo ſunt ſigna neceſſario accidentia, quæ oſtendunt an corpus ſit optime ſanũ,hęc autẽ, vt docet Gal. ſunt quatuor vt magnitudo,figura,numerus, & ſitus, ipſarũ partium: ex magnitudine,figura,numero,& ſitu ipſarũ partium facile poſſumus cognoſcere,an illud corpus ſit optime ſanũ.Pro cuius rei declaratione notandũ eſt,ꝙ duę ſunt partes,quæ conſtituunt corpus noſtrum,vt ſimilares, & organice:partes ſimilares,cùm ſint homogeneę,& eiuſdẽ rationis nec componuntur ex diuerſis partibus,vt ſunt caro, oſſa, nerui, &c. componũtur ſolum ex quatuor qualitatibus, & ideo temperamentũ,dicitur illarum ſubſtantia, & ſanitas, ſicut illarũ partiũ ſimilariũ intemperies,dicitur morbus partiũ ſimilariũ: ſed partes organicæ,cũ ſint ætherogeneę, & cõponãtur ex diuerſis partibus ſimilaribus, vt caput, brachiũ, & manus &c. cõponuntur ex carne, oſſibus,ligamentis,neruis, &c.ita quoque factum eſt, quod iſtæ partes organicæ, ſeu inſtrumentales, tunc dicuntur optimæ, vel ægræ,prout bene,vel male componuntur ex ſimilaribus :ſi enim optima fiat compoſitio, tunc pars organica dicitur perfecta, & ſana, ſed ſi partes ſimilares, componentes partem organicam,inuicem,& ſimul male vniantur;

1. de uſu. part.c. 9.

Iſta mala compoſitio, dicitur morbus partiũ organicarum, & illa pars organica, ſic male compoſita, ex ſimilaribus, dicitur morboſa, & mala.

Et ſi dicatis vos, & in quo conſiſtit iſta bona, vel mala compoſitio partium organicarum? Dico conſiſtere in quatuor, in magnitudine figura, numero, & ſitu, prout quatuor neceſſario requiruntur, ad hoc vt pars organica optima ſit: primo vt habeat debitam, & ſibi conuenientem magnitudinem, quod ſi excedat, illa pars dicitur male cõpoſita, & morboſa, ratione magnitudinis, ſicut ſiquis haberet caput magnum, vt dolium iſtud caput dicitur morboſum, & malum, quia excedit in magnitudine: ſimiliter ſi haberet caput paruum, vt ſunt poma, dicitur morboſum cum non habeat magnitudinem ſibi conuenientem: ſed non ſufficit ſola magnitudo, ad hoc vt pars organica dicatur ſana: ſed requiritur eius debita, & conueniens figura, pro operationibus exercendis: & ideo ſi quis haberet caput omnino piramidale, vel prorſus rotundum, diceretur morboſum, & eſſe male compoſitum, cum non habeat figuram ſibi conuenientem: Tertio requiritur conueniens numerus partium componentium, manus enim habens ſex digitos, dicitur malæ compoſita, quia eius partes componentes, excedunt in numero, ſicuti ſi quatuor haberet digitos, cum deficiat in numero, dicitur male compoſita, & male ſana; ſed non

ſufficit

ſufficit debita magnitudo, conueniens figura, nec conueniens numerus, ad hoc, vt pars organica dicatur ſana, & optime compoſita; Sed quarto requiritur ſitus ipſarum partium componentium, ideſt vt partes componentes partem organicam ſint in proprio loco, quia eſto, quod ſint in conuenienti quantitate, figura, & debito numero, ſi tamen ſint extra proprium locum, vti contingit in membris luxatis, iſta luxatio, id eſt, quod partes ſint extra proprium locum, dicitur morbus in compoſitione, nempe in ſitu, & illa pars organica, dicitur morboſa, & male compoſita ratione ſitus.

Ex ijs ergo quæ diximus, manifeſtum eſt, quod ſicut ſanitas partium ſimilarium conſiſtit in earum temperamento, ita ſanitas partium organicarum, conſiſtit in earum compoſitione, & cum corpus tunc dicatur ſanum, quando partes ſimilares ſint optime temperatæ, & partes organicæ bene compoſitæ, hinc factum eſt, quod ſigna indicantia corpus eſſe optime ſanum: non ſolum ſumenda ſunt à primis qualitatibus, ſed etiam à magnitudine, figura, numero, & ſitu. Hic tamen notandum eſt, quod ſecundum communem opinionem, optima compoſitio dicitur ſubſtantia, & forma ſubſtantialis, partium organicarum, & ideo ſigna ſumpta à magnitudine, figura, numero, & ſitu sũt ſigna sũpta à ſubſtantialiter inherentibus, i deſt à ſubſtantia rei, quare reponenda ſunt in eodem capite,

in quo reponuntur ſigna ſumpta à tempera-
1.tegni.c.8. mēto, ſeu a primis qualitatibus, quod etiam
docet Galenus, dum dicit ſigna eſſentialia,
& ſubſtantialia partiū ſimilarium ſumuntur à
temperamento, partium vero organicarum,
à magnitudine, figura, &c.

1. vſupart. c. 9. Cogor damnare hanc ſententiam, cum
Galenus dicat, talia ſigna ſumpta à magni-
tudine, figura &c. non eſſe ſubſtantialia, ſed
ſumuntur à neceſſario accidentibus, vt dixi-
mus, nec primo Tegni contrariū docet, quo-
niam ibi cum docuiſſet ſigna ſumpta ab eſ-
ſentia, poſtea ſubiungit: inſtrumentorū ve-
ro in quantitate &c. quibus verbis non docet
Galenus ſigna partium organicarum ſumpta
à ſubſtantia, quoniam ſigna ſubſtantialia in-
dicantia ſanitatem, ſunt ea ſolum, quę ſumū-
tur ex temperamento, & ſymmetria primarū
qualitatum, & eo magis cōfirmatur cum nec
Gale. nec vllus alius appellauit compoſitio-
nem partium organicarum ſubſtantiam, ſed
ſolum complexionem ſtatuerunt medici eſ-
ſe ſubſtantiam: ergo ſolum ſigna ſumpta à
complexione, erunt ſubſtantialia, non autem
ea, quæ ſumuntur à compoſitione ad locum
1.tegni c.8. Gal. dicatis, quod cum iam declaraſſet ſigna
ſubſtantialia indicantia, corpus eſſe optime
ſanum, nunc aggreditur docere ſigna neceſ-
ſario accidentia, quæ ſumuntur à magnitu-
dine, figura, numero, & ſitu, vnde textus ſic
eſt legendus (à ſubſtantia ipſa, eorumque
habent optimam commoderationem conſi-

milium

milium in calido frigido, ſicco, & humido) & his verbis docet ſigna ſubſtantialia, poſtea ſubiungit, inſtrumentorum vero in quantitate &c. quaſi dicat, ſanitas, & optima compoſitio partium organicarum, non ſumitur a ſubſtantia, ſed ab eorum magnitudine, figura &c. quæ ſunt neceſſario accidentia.

Et ſi dicatis Gal. connumerando accidentia, quæ ſequuntur ſanitatem, & complexionem, numerat ſecundas qualitates, & non magnitudinem, figuram &c. *1. meth. med. c. 9. 1. de ſimpl. diff.*

Reſpondeo, quod ibi numerat Galenus accidentia neceſſario conſequentia ſanitatem, & complexionem, qualia ſunt ſecundæ qualitates, ſed magnitudo, figura, &c. quia non ſunt accidentia, neceſſario conſequentia, ſed contingenter accidentia, vt dictum eſt ſupra, ideo ibi non connumerantur à Galeno: Et ſi dicas, ſanitas æque conſiſtit in magnitudine, figura, &c. quia pars organica dicetur ſana, cum habet conuenientem quantitatem, figuram &c. Reſpondeo, quod ſanitas partium organicarum, non eſt magnitudo, figura &c. illarum partium, ſed eſt earum optimum temperamentum, vt ſanitas capitis non eſt quod caput in magnitudine, figura, numero, & ſitu ſit bene commoderatum, ſed eſt, quod ſit optime temperatũ in primis qualitatibus, quia poteſt eſſe, quod caput in illis quatuor ſit bene compoſitum, tamen non erit ſanum, quia erit diſtemperatum, & ſic dico, quod formaliter ſanitas ni- *Author.*

hil aliud eſt, quam ipſa complexio: magnitudo, figura &c. non ſunt ſanitas, licet oſtendāt ſanitatem.

Et ſi dicatis ex ſententia Galeni datur morbus in magnitudine, figura, numero, & ſitu, ergo datur etiam ſanitas in magnitudine, in figura &c. Reſpondeo, quod ſicut exceſſus caloris, non dicitur morbus, ſed cauſa morbi, prout deſtruit temperamentum, morbus enim ſimilarium eſt ipſa intemperies, caliditas autem excedens non eſt intemperies, ſed vnum ex deſtruentibus temperamentum, ſed medici confundunt morbum, cum cauſa morbi, ita dico, quod magnitudo, aut figura bona non dicitur ſanitas organorum, ſed vnum ex conſtituentibus optimam compoſitionem; quæ tamen optima compoſitio eſt ſanitas illarum, ſicuti nec mala figura dicitur mala compoſitio, ſed vnum ex componentibus malam compoſitionem, & cauſa illius, & mala cōpoſitio dicitur morbus, cum lędat primo, & per ſe actiones illius partis. Dico igitur, quod licet compoſitio ſit ſanitas, non tamen eſt ſubſtantia ipſarum partium, ſicuti vnio illarum eſt ſanitas, non tamen eſt ſubſtantia: morbus enim eſt, qui lędit primo, & per ſe actiones, modo dico, ꝙ actiones primo; & per ſe lædi poſſunt tam à ſubſtantia quam ab accidenti: & ideo mala compoſitio, licet ſit accidens, poteſt tamen lædere actiones primo, & per ſe, licet reuera omnis morbus, & ſanitas ſit accidens.

lib. 2. de calore c. 5.

Tertio

Tertio ſunt ſigna indicantia ſanitatē, quæ ſumuntur à neceſſario conſequētibus, hæc autem ſunt in duplici differentia, quędam, quæ neceſſario conſequuntur Complexionem partium ſimilarium, alia vero conſequuntur, cōpoſitionem partium organicarum: ea quæ ſequuntur temperamentum, ſunt ſecundæ qualitates, vt coloris preſtantia, & moderantia inter globum, & hiſpidum, & moderantia inter durum, & molle, ſeu durities, & mollities, gracilitas, & corpulentia, multitudo pilorum: ea vero, quæ conſequuntur neceſſario compoſitionem partium organicarum, eſt totius corporis pulchritudo: quare ex colore, odore, duritie, vel mollitie, ex gracilitate, vel corpulentia illius corporis, & ex multitudine pilorum & pulcritudine, facile poſſumus etiam cognoſcere, an illud corpus ſit optime ſanum, neç ne, eo quia ſi corpus ſit bene coloratum, non foeteat, ſit medium inter durum, & molle, neç gracile, nec minus corpulentum, & adſit totius corporis pulcritudo, illud corpus dicitur optime ſanum, ſumpto ſigno à neceſſario conſequentibus. *Gal. 1. Tegni c. 8. 1. v ſu part. c. 9 2. de temp. c. 1.*

Sed nō videtur verum, quod durum & molle ſint à primis qualitatibus, & ſequantur cōplexionem, & ratio dubitandi eſt, quoniam Gal. fatetur durum fieri poſſe ex occurſu duri, vt callus contrahitur conculcatione lapidis, aut ligni, ergo non ſolum a prima qualitate, ideſt a ſiccitate: confirmatur, cum dicat Gal. frictionem aſperam indurare, non quod *2. de temp. in fine.* *2. Sanit. tuen.*

ſiccam

ſiccam qualitatem corpori inducat, cum pilus ſicciſſimus ſit, non tamen eſt durus.

Dicatis, omne durum eſſe ſiccum, ſed non è contrà, & quãdo dicis occurſu duri fit durũ dico, quod illud durum cum ſit durum quia ſiccum, ideo ratione ſiccitatis indurat, ſicuti & aſpera frictio exiccat.

Et ſi dicatis vos cum dicat Gal. corpus tẽperatum habet optimum colorem, qualis ergo erit iſtæ color optimus, ideſt corporis optime ſani? hoc docet Gal. qui ponendo ſigna corporis temperati, dicit color mixtus ex albo, & rubeo, optimus eſt, ſed licet optimus color mixt⁹ ſit ex albo, & rubeo, tamẽ in iſta mixtione reperitur maior copia rubedinis, quã albedinis, & ideo color optimus in corpore optime ſano mixtus eſt, ex maiori copia rubedinis, quã albi, & iſte color dicitur medius inter albũ, & nigrũ, & hoc eſt illud ꝙ dicit Gal. ꝙ color optimus, eſt medius inter albũ, & nigrum: & ſi quæratis vos, & quare color optimus ſit magis mixtus ex rubeo, quam albo dicatis hoc eſſe, quoniam color cutis cum efloreſcat ex humoribus ſubiectis, ideo talis erit color, quales ſunt humores prædominantes, & cum ex Gal. in corpore optime ſano, humores ſe habeãt in tali proportione, vt inter omnes humores, ſit plus ſanguinis, ſecundo plus pituitæ, tertio bilis quarto melancoliæ, ideo neceſſe eſt vt in corpore temperato, reſultet color mixtus ex plurima rubedine, deinde ex albedine non pauca & ex flauitie pauciori, &

1. Tegni. c.51.

lib. de opt. corp. conſt.

lib. de opt. corp. conſt.

mi-

minima nigredine ipſius melancoliæ. Cum ergo in corpore temperato, ſit maior copia ſanguinis, quam pituitę, & ſanguis ſit rubeus pituita vero alba, ideo in tali colore dominatur magis rubedo & albedo, quam alij colores, & rubedo in maiori copia, quam albedo.

Sed ea, quæ neceſſario conſequuntur partes organicas, à quibus etiam ſumuntur ſigna ſanitatis, ſunt in duplici differentia, primo eſt Proportio. Secundo eſt Pulchritudo, & quod iſta duo ſint diuerſa, videatis Gal. dicentem, pulcritudinem ſequi commoderationem, & proportionem, ita vt proportio ſit vt cauſa, effectus vero ſit ipſa pulchritudo, quæ quidē pulcritudo eſt in duplici differentia, ex Gal. vna fucata, & adulterina, altera naturalis, & vera; prima eſt factitia, & artificialis, quam mulieres optime callent, & iſta non conſideratur à medico, altera eſt, quę conſiſtit in optimo colore in moderata copia carnis, & membrorum omnium optima proportione, & iſta à medico cōſideratur, de qua loquēs Gal. dicit ꝙ vera pulcritudo, nihil aliud eſt quāoptima conſtitutio, quam operationibus indicabis.

8. de platitis.

lib ad Traſib. c. 10.

1. de vſu par. c. 9.

Quare ad mentem Gal dicendum eſt verā ac naturalem pulcritudinem, conſiſtere in mediocritate omnium rerum, & in debita proportione, & commoderatione membrorum, à qua optime operationes fiunt, nam idē Gal. loquens de hac pulcritudine dicit, quod nihil aliud eſt, quam debita commenſuratio partiumorganicarum, in magnitudine, figura

11. de vſu part. c. 7. & 14.

nu-

numero, & ſitu, vt perfectas faciat operationes,& intelligit Gal per pulcritudinem, quæ placet viſui,dum dicit naturam feciſſe debitam partium compoſitionem propter operationes, ſed etiam ob pulchritudinem ſiquis acutiem naſi abſciſſam haberet, eſſet valde turpe,licet naſi operationem non impediret, & ideo natura dicit Gal. non ſolum conſiderat vtilitatem,ſed etiam pulcritudinem, & decorem partium,& totius corporis,hac ratione motus Auic.dicit, qui habent optimam ſanitatem,habent maximam pulcritudinem,vt faciem hilarem,amabilem & iucundam.

11. vſu pa. c. 13.

2.1. doct.3 c.4.

Et ſi quęratis vos,an pulcritudo,& formoſitas idē ſint dicatis, quod differunt, quoniam Ariſt.dicit,quod pulcritudo non poteſt eſſe ſine magnitudine,ſed Formoſus dicitur etiam ſi fuerit paruus, dummodo ſeruętur proportio ipſarum partium, vt Pigmei inter homines & puſilla animalia in ſua ſpecie, formoſa dici poſſunt, ſed non pulcra, niſi fuerint magna,& quanto maiora ſunt,tanto pulcriora cēſentur,dummodo omnium partium ſeruetur debita proportio in magnitudine.

4. Ethic. vel. 6.c.3.

Si igitur à pulchritudine ſumitur ſignum perfectæ Complexionis, & optimæ ſanitatis ergo Femina cum ſit pulcrior viro,erit magis temperata.

Reſpondeo verum eſſe, quod ratione pulcritudinis mulieres deberent eſſe temperatiores viris, ſed tamen ſola pulchritudo non eſt ſignum optimi temperamenti,non enim vnū

dicto-

dictorum ſignorum poteſt ſignificare, corpus eſſe optime ſanum, ſed eſt neceſſarium; vt omnia ſupradicta ſigna ſimul concurrant, quod ſi vnum, aut plura illorum deſunt, non erit optime temperatum, ex his dico, quod licet fęmina ſit pulcrior viro, quia tamen in viro abſolute ſunt multo plura ſigna, ſignificãtia optimam ſanitatem, quam in muliere, ideo abſolute homo eſt magis temperatus, quam fęmina.

Sed hic occurrit difficultas, an ad hoc vt corpus ſit optime temperatum, & ſanum, debeat etiam eſſe medium inter magnum, & paruum, ita vt nec corpus magnum nec paruum dicatur optime ſanum: Videtur, quod debeat eſſe medium, ad hoc vt ſit optime ſanum, quoniam Gal. dicit, quod corpus optime temperatum, debet habere arterias, nec magnas, nec paruas ſed mediocres idem dicit de venis, ergo mediocritas in magnitudine, & paruitate, requiritur ad optimam ſanitatem, & eo magis cum dicat, vbique Galen. corpus temperatũ debere eſſe mediũ inter extremitates. *lib. de opt. corp. conſt.*

Dicatis ad mentem Gal. quod licet corpus temperatum, debeat eſſe medium inter extrema nõ tamẽ eſt neceſſariũ vt ſit medium inter magnũ, & paruũ; quoniã magnitudo, & paruitas, non ſequuntur temperamentum ſed multitudinem, & paruitatem materiæ, ſicuti magna ſtatua fit ex multa materia & parua ſtatua ex pauciori materia, tamen ambę poſſunt eſſe pulcræ, idem contingit in corpori- *lib. de opt. corp. conſt.*

bus

bus noſtris, quia ex pauca materia fit paruum corpus, ſicuti ex multa magnum, tamen vna, & eadem poteſt eſſe temperatura magni, & parui corporis, & æque poteſt eſſe temperatum magnũ corpus, & paruum, quia vtraque materia poteſt eſſe eque bene temperata.

Si dicatis cauſa, cur corpus poſſit eſſe magnum, vel paruum eſt humiditas, vel ſiccitas, quia ſi materia ex qua fit corpus ſit multum humida, ex illa humiditate poterit extendi, & ſic fieri corpus magnum, & ideo pueri cum humidi ſint, creſcunt & eouſque creſcunt, quouſque membra exiccantur, vt non poſſint amplius extendi, & augeri, & eadem ratione animalia maiora ſunt in mari, quam in terra ob humiditatem, quæ extendendo materiam ex qua generantur piſces, fit, vt marina animalia ſint maiora, quam terreſtria quæ ob ſiccitatẽ materię, non poſſunt adeo extendi, ergo videtur, quod humiditas faciat ad magnitudinem ſiccitas ad paruitatem, & ſic corpora magna erunt multum humida, & parua multum ſicca quare non erunt temperata.

Ad hoc dicit Gal. quod & ſi ſit verũ, quod humiditas faciat ad extenſionẽ, & ſiccitas ad paruitatẽ, tamẽ nõ eſt cognoſcẽda humiditas & ſiccitas ex magnitudine, & paruitate corporis, quia põt eſſe magnitudo corporis, & ſi ſit materia ſicca, quia poterit eſſe materia multa & ſicca & tamẽ illud corpus erit magnũ: ſed vera ſigna humiditatis, & ſiccitatis ſumẽda ſunt ex mollitie, & duritię, quia valet dicere hoc

loco citato.

eſt

eſt durum ergo eſt ſiccum, eſt molle, ergo eſt humidum, hoc enim eſt verum in corporibus noſtris, ſed abſolute non eſt verum quod omne durum ſit ſiccum, cum glacies ſit dura, & tamen eſt humida & non ſicca, valet tamen ſemper dummodo non ſint res congelatæ, quod non poteſt eſſe in nobis ſtante vita, & ideo nõ valet in nobis dicere eſt corpus magnum, ergo eſt humidum & non temperatum, & ideo Gal. non dixit quod corpus temperatum debeat eſſe medium in magnitudine, & paruitate quia aut ſit magnum, vel paruum poteſt eſſe temperatum.

Ad argumentum de venis, & arterijs quando dicit Gal. quod in homine temperato, non debent eſſe nec magnæ, nec paruę, duobus modis poſſumus reſpondere, primo modo, vt exponit Auic. quod venæ non ſint magnæ. i. nimis apparentes extra cutim, nec paruę ideſt nimis intra cutim, & tunc dico, ſi ſic exponamus, quod hoc dictum ſpectat ad ſitum & nõ ad magnitudinem, & paruitatem: ſed ſi volumus intelligere Galenum, vt verba ſonant, dicamus ſic eſſe intelligendum, quod venæ, & arteriæ non ſint magnæ nec paruæ, quod hoc intelligitur in comparatione ad totum corpus, & ad omnes partes corporis, ita vt venę in magnitudine, & paruitate correſpondeant alijs partibus corporis, cõparando ad quantitatem totius corporis, & ſic hoc potius ſpectabit ad quantitatem: dicamus igitur, vt docet Gal. quod corpus poteſt eſſe temperatum *1.1.doct.3. c.4.* *lib. de opt. corp. conſt.*

in quacunque magnitudine, ſed non dicit in quacunq; paruitate, vt oſtenderet magnitudinem neceſſario requiri ad pulcritudinem.

Tertio ſunt ſigna deſumpta ab operationibus, quæ nobis oſtendunt optimam complexionem, & perfectam ſanitatẽ, nam illud corpus dicitur ſanum, cuius ſunt optimæ operationes, & illud dicitur optime ſanum, ꝙ habet perfectiſſimas operationes, ſicuti ex ſenſibili leſione operationum, cognoſcimus tale corpus eſſe ægrũ cũ morbus nihil aliud ſit, quã affectus preter naturam lædens primo, & per ſe ſenſibiliter actiones: Operationes aũt ſunt in triplici differẽtia, Animales, Vitales, & Naturales, principiũ animalium, eſt cerebrum, vitalium eſt cor, naturalium eſt Epar, Animales ſunt in duplici differẽtia, vt ſenſus, & mot⁹ ſenſus ſubdiuiditur prout eſt interior, vel exterior, ſenſus interior eſt triplex, vt ſenſus cõmunis, phãtaſia & memoria, Exterior vero eſt viſus, auditus, olphatus, guſtus, & tactus, Motus etiam ſubdiuiditur, quia aut eſt voluntarius, vel naturalis.

Naturales operationes ſunt quatuor, vt attractiua, retẽtiua, concoctrix & expulſiua, Vitalis vero operatio eſt pulſatio ipſaq; diſtinguitur ſecũdum varias pulſuum differentias.

Si ergo in Socrate oẽs iſte operationes optime ſunt, ſumpto ſigno ab operationibus iudico, Socratem eſſe optime ſanum, ſed ſi aliqua illarum lædatur ſenſibiliter, iudico eſſe ægrum. Et ſi dicatis vos, quot modis contin-

git

git, lædi operationes reſpondeatis tripliciter lædi poſſe, prout actio, aut eſt prorſus abolita & Corrupta, vt cecitas, aut deprauata, vt hallucinatio in viſu, aut tertio eſt debilis, vt debilis & diminuta viſio. Similiter & motus abolitus dicitur paraliſis, & reſolutio neruorum, deprauatus motus ideſt retractio neruorum, & muſculorum ad ſuum principium vt Embroſtotonus, Tetanus, &c. debilis motus, vt ſtupor, ita memoria dicitur abolita, vt obliuio: debilis, vt torpor, deprauata vt delirium &c.

Quocunq; igitur modo operationes lædũtur, illud corpus non poteſt dici optime ſanũ, ſed aut ęgrum, vel male ſanum.

Si dicatis vos, operationes ſunt de eſſentia corporis ſani, & ſanitatis, quoniam ingrediũtur definitionem ſanitatis, cum ſanitas ſit diſpoſitio ſecundum naturam, perficiens operationes: ergo iſtud ſignum ſumptum ab operationibus, non erit ſignum diſtinctum ab eſſentialiter inherentibus: Si dicatis, quod definitiones ſanitatis, & morbi quæ ſunt per operationes ſunt definitiones à poſteriori, & ideo operationes non conſtituunt eſſentiam, cum non ingrediantur definitiones eſſentiales quę ſunt à priori, & eo magis, cum opus non ſit de eſſentia ſanitatis, nec corporis ſani, cum non ſit neceſſarium, vt ſanus operetur, ſed ſufficit, vt poſſit bene operari, quia in ſomno oculus non vidit, & tamen eſt ſanus, ergo eſt operatio accidens corpori ſano, in quantum ſa- *Aueg. 1. Tegni. Turiſan. monach. 1. Tegni c. 8.*

P no,

no, ſed ſufficit ſola aptitudo ad poſſe bene operari.

1. de ſanit. tuen. Hinc notate, quod Gal. dicit corpus temperatum eſſe medium inter audacem & timidum, inter tardum, & velocem, inter taciturnum & verboſum inter miſericordem & inuidioſum, quod ſit alacre, & amicorum beneuolum, humanum, ac prudens, quę omnia reducuntur ad operationes, hęc omnia ſigna *1.1. doct.3 c.4.* corporis optime ſani, recenſentur ab Auic. & ſi dicatis. Galenum poſuiſſe tantum tria ſigna, quibus cognoſcimus, corpus eſſe ſanum, vel ægrum, vt qualitas mutata, excre- *lib. de diff. ſympt. c.1.* mentum mutatum, & actio læſa, nulla enim fecit mentionem, de ſignis ſumptis à primis qualitatibus, nec ab optima, vel mala compoſitione.

Reſpondeatis, hoc feciſſe, quoniam ibi loquitur ſolùm de ſimptomatibus, & ideo ſumpto ſigno à ſimptomatibus, quæ neceſſario cō ſequuntur ſanitatem & morbum, inter quæ ſunt etiā operationes, docet cognoſcere corpus eſſe ſanum, vel ægrum, non tamē negat, reperiri alia ſigna, hoc idem ſignificantia.

Cum igitur quatuor ſint ſigna, quæ nobis oſtendunt perfectam complexionem, & corpus eſſe perfectiſſime ſanum, quæritur quænam ſint ſigna certiora, & magis certius indicantia optimam ſanitatem.

Haliabas Turiſans Monachus Auega Oddus Dicò quod ſecundum communem opinionē ſigna ſumpta à ſubſtantialiter inherentibus, ſunt magis certa & ſi dicas, ſenſus tactus facil-

facillime decipitur, circa proprium obiectū ideſt circa primas qualitates, quoniam habēs manus frigidas, ſi tangat corpus temperatum iudicabit tale corpus, lapſum eſſe à temperie, per exceſſum caliditatis; quod tamen non eſt verum, Reſpondeatis non eſſe mirum, ſi decipitur ille tangendo corpus temperatum, cum non habeat organum tactus bene diſpoſitum, quare tres requiruntur conditiones ad hoc, vt ſenſus non decipiatur, circa propriū obiectum, primo vt Organum ſit bene diſpoſitum. Secundo vt Obiectum: & medium eodem modo ſe habent: tertio agens, & patiens ſint in debita diſtantia, quibus ſeruatis, ſenſus nunquam decipitur, ratio vero cur iſta ſigna eſſentialia ſint certiora, eſt quoniam ſunt ſenſata & ſenſu tactus ſentiuntur.

Sed non laudo hanc ſententiam, eò quia ſigna ſumpta à primis qualitatibus nō poſſunt nobis oſtendere ſanitatem niſi partium externarum, non autem partium internarum, quoniam earum temperamentum non ſentitur ſenſu tactus, cum internæ partes, vt cordis epatis, &c. non poſſint tangi, non ergo ex ſigno ſumpto, à primis qualitatibus, poſſumus certe, cognoſcere ſanitatem totius corporis, quia non valet ex temperamento partium externatum, iudicare temperamentum internarum partium.

Confirmatur; quia temperamentum noſtri corporis, non poteſt ſenſu tactus cognoſci, niſi ab homine tēperatiſſimo, quia ſi tangatur

gatur ab homine male temperato, decipitur vt probat argumentum, ſed difficile, & forſan impoſſibile eſt dare corpus adeo temperatum, quin non excedat in aliqua qualitate, ergo difficile eſt iudicare ſenſu tactus, corpus eſſe optime temperatum, & ſanum.

Dicamus igitur quod ſigna ſumpta ab operationibus, certius nobis indicant corpus eſſe ſanum, & bene temperatum, quam alia ſigna, hoc autem probatur, quoniam ſicuti corpus, non iudiatur eſſe ægrum à medico, niſi ex ſenſibili, & manifeſta læſione operationum, quia vbi operationes in Socrate ſenſibiliter læduntur, ſtatim iudico Socratem ægrotare, & ideo morbus non definitur niſi per manifeſtam læſioné operationum cũ morbus nihil aliud ſit, quam Affectus præter naturam, lędens ſenſibiliter actiones, primo & per ſe, ita vbi optime ſint operationes, iudico illud corpus eſſe ſanum: ergo primo per ſe, & principaliter ſanitas & morbus, cognoſcuntur ex operationibus. Confirmatur, quoniam eſto, quod corpus ad tactum appareat calidum, vel frigidum plus iuſto, ſi tamé operationes non lędantur, non dicitur ægrũ, vt contingit in his, quæ ab igne, vel ſole, aut ex motu, & labore vel ira ex calefacti, aut ab ambiente refrigerati, non tamen dicuntur ægri nec ægrotare, cum operationes ſenſibiliter non lædantur, ſimiliter in febre peſtilenti, quandoque corpus in primis qualitatibus, apparet ad tactum temperatum, tamen quia

læduntur

læduntur operationes, à medico, non iudicatur ſanum, ſed ægrum, quare concludendum erit, operationes nos certiſſime ducere in cognitionem, an corpus ſit ſanum, vel ægrum, & quod ſigna ſumpta ab operationibus certiora ſint docet etiam Auic. *2.1.doct. 3 c. 1.*

An reperiatur homo temperatiſſimus quoad iuſtitiam, & ſi datur, an æque, diſtet ab extremis. Cap. VIII.

Licet humana complexio, inter cæteras ſit perfectiſſima, & optima, quæritur tamen, an reperiatur aliquis homo, habẽs perfectiſſimam complexionem, & adeo proportionatam pro exercendis operationibus, vt nihil pœnitus excedat, ſed ſit temperatiſſima: ratio dubitandi eſt, quoniam negat Galenus, dari tale corpus temperatum, dũ dicit, quod omnia corpora ſi iudicentur, non ſecundum ſenſum, ſed ſecundum naturam rerum ſemper ſunt ægra, cum nullum detur corpus adeo temperatum, in quo vna vel plures qualitates non excedant, & non recedant ab optimo, & exquiſito temperamento, licet ſecundum ſenſum iudicẽtur ſana, eo quia exceſſus illarũ qualitatum non eſt adeo magnus, vt ſenſibiliter, & manifeſte lædat actionem. *1.Tegni tex 22. 3. de temp. 1. de temp. c. 1.*

Contrarium docet Gal. contra antiquos, dari hanc temperatiſſimam complexionem, quæ ſit metrum, & menſura aliarum complexionum, & in comparatione ad eam, cætere *1.de temp. c.1.& 3. lib. de opt. corp. conſt. c.3.*

cõplexiones denominantur magis, aut minus temperatæ: hoc idem dicit Auic. reperiri hãc perfectiſſimam complexionem, in indiuiduo humano: pro reſolutione huius difficultatis notandum eſt, primo, quod complexio eſt in triplici differentia, prima abſoluta & perfectiſſima, in qua primæ qualitates ſunt ad inuicem adeo proportionate quoad iuſtitiam, pro exercendis operationibus hominis, ut nihil penitus excedant, ab optima proportione, & iſta complexio, non reperitur à parte rei, quia non datur aliquis homo habens iſtã complexionem, ſic docet Gal. quod perfecta ſanitas, quæ certiſſimã habeat eucraſiam & proportionem, uel nunquam fuit in rerum naturam, aut ſi aliquando reperiatur, durat in iſtanti, & in ictu oculi, eo quia ſomnus & uigilia, motus, & quies cibus, & potus & animi accidentia &c. ſimilia perpetuo alterant & immutant temperamentum, ut numquam conſiſtat in eodem eſſe, & ideo iſta optima cõplexio, aut non datur, aut ſi aliquando daretur, nullam poſſet habere latitudinem, cum duret in inſtanti, ſic etiam docet Hali.

1. Sanit. tuen.

8. Tegni. com. 24. Conciliator diff. 18.

Altera eſt complexio, quæ licet non ſit perfectiſſima, parum tamen diſtat à prima & adeo parum, vt ſenſu non poſſit iudicari differentem eſſe à prima, adeo eſt ei propinqua, ſed ſolum per diſcurſum à ſapientiſſimo, & exercitato viro ratione probabili cognoſci poſſit à prima, & perfectiſſima complexione parum diſtare, & homo hoc.

Secundo modo temperatus reperibilis eſt & aliquando inuentus, licet valde raro, cuius meminit Gal. dum dicit prompte enim eſt cognoſcere optimam corporis temperiem, & ſanitatem, & ſi rara ſit eius generatio nam hæc in paucis indiuiduis reperitur, & in eis non niſi longo temporis interuallo, eo quia ad hanc optimam complexionem, requiritur optimus cæleſtis influxus, ſeu aſpectus, vt ſcilicet coniunctio ſaturni, & Iouis in principio Arietis, & alij aſpectus, & ideo nę dum plures, ſed nec forte duos ſimul conuenit produci. *lib. de opt. corp. conſt. c. 3.*

Tertio modo dicitur temperatus ſecundũ ſenſum eo modo, quo dicit Auic. reperiri in indiuiduo humano in ætate iuuentutis, cuius temperata complexio, durat ſpatio duorum aut trium annorum in ætate triginta triũ annorum in circa: & iſta complexio, temperata non multum diſtat à ſecunda & habet latitudinem. *1.1.doct.3. c. de cõp.*

Hic tamen notandum eſt, quod prima complexio, cum nullam habeat latitudinem, non cõſideratur à medico, quia medicus non conſiderat complexionem, niſi prout eſt principium operationum, ſed illa cum durat in iſtanti, non poteſt eſſe principium operationum, cum operationes fiant in tempore, ideo non cõſideratur à medico. Ad rationes in oppoſitum adductas, facile eſt reſpondere, ſi dicatis ad primum loqui de ſanitate, & temperamento, primo modo, ꝙ non datur, concedit autem dari ſecundo & tertio modo.

Ex his dicamus,quod Homo primo modo temperatus, non reperitur, nec vnquam fuit reperibilis, aut ſi daretur non permaneret, niſi in iſtanti in tali temperamento,cum corpus noſtrum continuo alteratur, & mutatur.

Sed homo temperatus quoad iuſtitiam Secundo modo aliquando inuentus eſt, & inuenibilis,ſed valde raro. Homo vero temperatus Tertio modo ſepe reperitur,qui ſecũ dum ſenſum,& ſenſibiliter appareat temperatus,& cum medicus ſit artifex ſenſatus, & iudicat omnia ſecundum ſenſum, ideo iudicat tale corpus vere eſſe temperatum,

Secundo quæritur, an iſtud corpus temperatum æque diſtet ab extremis ita vt non ſit magis calidum,quam frigidum. Reſpõdeo ꝙ complexio humana temperatiſſima quoad iuſtitiam tertio modo, non eſt media per æqui diſtantiam ab extremis, quoniam cum complexio humana, à prædominio ſit calida,&humida, ideo magis diſtat ab extremo calido, quam à frigido,& magis ab humiditate, quã à ſiccitate,quia ponamus, quod extrema totius latitudinis humanæ complexionis,ſint caliditas vt ſex, & frigiditas vt ſex, tunc dico ꝙ homo temperatiſſimus, cum à prędominio ſit calidus, & humidus, & magis calidus, quã frigidus, ita magis diſtat ab extremo calido, quàm à frigido. Vnde ſi ſint duo corpora equæ temperata, & equaliter labantur,vnum ad calidum aliud ad frigidum, dico, quod deterior eſt, lapſus ad frigidum, quam

ad calidum, & deterior ad ſiccum, quam ad humidum, & operationes magis lędũtur per lapſum ad frigidum, quam per æqualem lapſum ad calidum, quoniam caliditas, & humiditas, ſunt magis proportionatæ, & conueniẽtes vitæ, & noſtris operationibus, quam frigiditas, & ſiccitas, ex quo ſequitur, quod minus diſtat gradualiter ab ipſo temperamento frigiditas, quam caliditas, & ideo homo temperatus proximior eſt extremo frigido, quã extremo calido.

Quod ſi dicatis docet Auic. complexionẽ hominis temperatiſſimi eſſe mediam, & ęque diſtare ab extremis. Reſpondeo, quod non intelligit de homine temperato quoad iuſtitiã Tertio modo, vt perperam communiter creditur, ſed intelligit de complexione ex coalternatione omnium membrorum. Nam dicit Aui. quod homo temperatiſſimus, eſt vicinus æqualitati ponderali non per vnam complexionem vniformem illi vicinam, ſed ſolũ per coalter nationem omnium ſuorum membrorum, & ideo ſubiungit, quod per hanc complexionem ex coalternatione, eſt vere medius æque diſtans ab extremis, quare dico, quod ſi reperiretur ex parte rei, iſta cõplexio ex coalternatione omnium partium, æque diſtaret ab extremis, & æque eſſet calida, ac frigida, & ęque humida, & ſicca, quia ſi a membris calidis hominis temperati, remoueatur exceſſus caliditatis, & a frigidis exceſſus frigiditatis, addendo frigidis exceſſum caliditatis, & ca- *1.1. cap. de compl.*

lidis exceſſum frigiditatis,tũc fieret complexio ex iſta coalternatione harum partiũ, mul tũ propinqua æqualitati ponderali,quę ęque diſtaret ab extremis; ſed cum ſit impoſſibile ex parte rei,reperiri iſtam complexionem,ita quoque eſt impoſſibile reperiri complexionẽ quæ ęque diſtet ab extremis, cum omnis humana complexio à prędominio ſit calida, & humida.

An detur Æquale quoad Pondus. Cap.VIIII.

DVbitari ſolet, an detur aliquod corpus æquale quoad pondus,tam in motiuis, quam in alteratiuis qualitatibus, & primo vi dendum erit,an detur in motiuis,ita vt in rerum natura,reperiri poſſit aliquod corpus,in quo grauitas,& leuitas,ſint in æquali menſura,& in eodem gradu,ita vt non ſit magis graue,quam leue, quod autem poſſibile ſit, dari aliquod corpus, quod in ſe habeat tantum de grauitate,quantum de leuitate probatur.

Primo ponamus aliquod corpus ſumme graue, per vniformẽ acquiſitionem leuitatis, fieri ſumme leue,tunc ſequitur, ꝙ tale corpus in medio inſtãti horæ,acquiſiuerit medietatẽ tolius latiiudinis leuitatis, & per conſequens tunc erit deperdita medietas latitudinis grauitatis, eo quia quantum de vno contrariorum,acquirirur, tantum de alio, expellitur, ergo in illo inſtanti illud corpus erit ęq, graue,ac leue,quoniam cum non poſſit fieri tran

ſitus

ſitus de extremo in extremum ſine ſuo medio ergo ſaltim dum erit in illo medio, erit æquale quo ad pondus.

Secundo oleum eſt æquale quo ad pondus in motiuis, probatur, quia tot ſunt elementorum ſpheræ, in quibus naturaliter oleum deſcendit, quot ſunt ſpherę, in quibus naturaliter aſcendit, ergo non magis dici debet leue, quam graue, antecedens, patet experientia, quoniam aſcendit in terra, & aqua, deſcendit in igne, & in aere. Sed dari etiam æquale quo ad pondus in alteratiuis qualitatibus, ita vt non ſit magis calidum, quam frigidum, nec magis ſiccum, quam humidum; ſic probatur.

Tertio poſſibile eſt corpus ſumme calidum, per vniformem acquiſitionem frigiditatis, acquirere ſpatio vnius horæ ſummam frigiditatem, ſed cum non poſſit fieri tranſitus de extremo ad extremum, neceſſe eſt illud corpus deuenire ad illud medium, in quo non ſit magis calidum, quam frigidum, ſed æqualiter calidum, & frigidum.

Quarto in quocunq; genere datur magis, & minus, datur etiam & æquale, cum magis, & minus, dicantur relatiue ad æquale, ſed datur magis, & minus calidum, & temperamentum magis, & minus temperatum, ergo datur æquale.

Quinto concedit Gal. dari æquale quo ad pondus in alteratiuis, & exemplo aquę mixtę cum cinere, probat dari ęquale quoad pondus in humiditate, & ſiccitate, ſicut exemplo *1. de tēper. c. 9.*

aquę

aquæ, & mixtione aquæ feruentiſſimę cum niue, probat dari æquale in actiuis.

Sexto intellectus eſt verorum, ergo ſi datur æquale quoad pondus, per intellectum, vt docet Auic. ergo & dabitur ex parte rei.

1.1. cap. de comp. Septimo Gal. dicit cutem volę manus, tẽperatam eſſe ad pondus, immo fatetur hominem quadratum, eſſe medium totius ſubſtantiæ, & conſtare ex æquali elementorum portione, qui eſt regula, & menſura totius ſubſtãtiæ, & omnium animalium, & plantarum.

1. de tẽper. c. vltimo.

2. de tẽper. c. 1.

Octauo ſi vnum contrariorum eſt in natura, ergo alterum ex Ariſt. ſed datur complexio diſtemperata, ergo & temperata.

2. Cæli. 18.

Pro reſolutione huius difficultatis, ſit iſta concluſio Non dari Æquale quoad pondus, in motiuis qualitatibus: probatur, ab Auerroe ratione ſumpta à textu Ariſt. omne mixtum moueri ad motum elementi prædominãtis, tũc ſic arguit, ſi daretur tale corpus æquale quo ad pondus, aut moueretur, vel quieſceret, ſed nec moueri, nec quieſcere poteſt, ergo non datur, minor probatur: quoniam nulla eſt maior ratio, cur debeat moueri ſurſum, quam deorſum, nec cur magis ſurſum quam deorſum quieſcere debeat, cum non ſit magis graue, quam leue: eſſet igitur neceſſarium, vt quieſceret in medio elementorum, ideſt inter aquam, & aerem, ſed non datur tale corpus, quod poſſit quieſcere, inter aquam, & aerem, ergo impoſſibile eſt dari mixtum æquale quoad pondus, in motiuis qualitatibus.

1. Cæl. com 7. 2. Collig. c. 1.

Con-

Confirmatur quia ſi daretur tale mixtum, non haberet locum naturalem in vniuerſo, probatur, quia ſi haberet locum, maxime cũ haberet inter duo elementa grauia,& duo leuia,ideſt inter aerẽ,& àquam, ſed hoc eſt impoſſibile,& probo,ſit tale corpus figuræ quadratæ, & ſint diſtinctæ medietates huius corporis,per lineam rectam, quarum vna medietas ſit grauis,altera leuis, tũc eſſet neceſſariũ, vt medietas grauis huius corporis,ſit in aqua



& medietas leuis, ſit in aere, ſed hoc eſt impoſſibile, quoniam linea diuidens aquam ab aere,eſt circularis, ergo linea talis mixti me-

dia,tangeret illam lineam circularem in pun-
cto,& cauſaret Angulum contingentiæ, inter cuius lineas remaneret aliquid de grauitate, & hoc eſſet in loco aeris, quod eſt impoſſibile,cũ in loco aeris ſit ſolum medietas illius mixti leuis.

Secundo ſi daretur dico, quod nullibi poſſit quieſcere, nec etiam in medio elementorum,quoniam eſſet homogeneum,ideſt quælibet eius pars eſſet ęque grauis, ac leuis, & ideo nulla eſſet ratio, cur magis vna pars quieſcat in aere, quam altera, non enim credendum eſt, ſi daretur tale mixtum, quod ſecundum vnam medietatem eſſet leue, & ſecũdum alteram graue.

Tertio ſi daretur, tunc natura dediſſet tali mixto, duo inſtrumenta contraria, quorum vnum alterum impediret, quod eſt maximũ inconueniens,cum Deus, & natura, nihil faciant fruſtra: conſequentia probatur,quoniã tale mixtum haberet æque de grauitate, & leuitate, quando grauitas grauitaret tale mixtum deorſum,leuitas repugnaret,& econtra.

Cogor igitur damnare illorum opinionẽ aſſerentiũ,quod licet ſit impoſſibile,reperiri aliquod corpus in naturali, & bona diſpoſitione,ſibi æqualiter determinare de grauitate,& leuitate, cum non ſit poſſibile duo contraria inſtrumenta eidem principali agenti, & particulari formæ, eſſe æqualiter conuenientia, tamen in præter naturali diſpoſitione dicendũ eſt dari aliquod corpus ęquale quo

Iacob. Ferl. in 1.1. Aui. q. 6.

ad pōdus in motiuis qualitatibus, prout probat primum argumentum in principio addu ctum, & vt tueatur hanc ſententiam, conatur reſpondere ad rationem Auerrois, dicendo, quod iſtud corpus nō vbiq; poneretur quieſceret, ſed quieſceret in medio aeris, & aquæ, & ibi circulariter moueretur, quoniam medietas huius corporis, quæ eſt in aere ibi non quieſcit, cum grauitas terræ, & aquę eā deorſum trahant, & ſolum leuitas ignis illam ſurſum attrahat (eo quia leuitas aeris cum ſit in proprio loco, non leuitat) & reſiſtat grauitati: ita quoque dicendum eſt de altera medietate, quę eſt in aqua, quæ deſiderat aſcendere, quoniam ſolū grauitas terrę prohibet, & reſiſtit ne aſcendat; cum grauitas aquæ, cū ſit in ꝓprio loco, nō grauitet & leuitas ignis, & aeris eam medietatem illius corporis ſurſum trahant, & ideo circulariter mouebitur iſtud corpus.

Hanc eandem ſententiam fuiſſe Petri de Aluernia, teſtatur Gentilis, qui concedebat repetiri æquale quo ad pondus, in rerum natura, ſed non durare, niſi in inſtanti, & momē to temporis, vt probat primum argumentū: Sed falſam eſſe hanc ſententiam, probatur: quoniā eſt impoſſibile dari aliquod corpus, quod circulariter mouetur in medio aeris, & aquæ, & ratio eſt, quoniam cum ſit æquale quoad pondus in grauitate, & leuitate, nulla eſt maior ratio, cur magis incipiat, & debeat moueri circulariter, ab vna, quā ab alia par- *in 1.1. Aui*

te,

te ergo non mouebitur,& eo magis cum prima ratio Auerrois, cum ſua confirmatione ſit demonſtratio contra iſtam ſententiam.

Auic. 1. 1. c. de compl. Auer 1. gen 48. 4. meth. com. 10. 10. met. 23 2. collig. c. 1 Conciliator diff. 18. Gentilis de Fulgineo.

Sed an detur æquale quoad pondus in alteratiuis qualitatibus, eſt maior difficultas: ſit tamen iſta Concluſio non dari Æquale quoad pondus in alteratiuis qualitatibus.

Probatur, ſi qualitates elemẽtorum eſſent in eodem gradu, & æqualis virtutis, non fieret mixtum, conſequentia probatur. quoniã inter eas nulla fieret actio, nec mixtio, cũ ab æqualibus non fiat actio, eſt ergo neceſſariũ, ſi fieri debeat mixtum, vt vnum elementum ſit magis actiuum, quam alterum, & vt non ſint æque intenſa.

Secundo in mixtione neceſſe eſt, vt vnum elementum habeat rationẽ formę, aliud ratione materiæ, & vnum debet eſſe dominans, aliud dominatũ. Sed ſi elementa ſecundũ primas qualitates, ſunt æqualia in gradu, & quoad pondus, ergo non eſt maior ratio, cur vnũ habeat rationem formæ, aliud rationem materię, nec vnum rationem actus, aliud rationẽ potentiæ, & vnum ſit dominans, aliud dominatum.

1. 1. cap. de compl.

Tertio ſi daretur tale mixtum temperatum quoad pondus, nullam haberet actionẽ, ſic dicit Auic. cũ actio non ſit ab æquali iſtę ſunt rationes Auerrois.

1. Cœli. tex. 7.

Quarto confirmatur, quoniam ex ſententia Ariſt. omne mixtum, mouetur ab elemento prędominante, ergo non datur mixtum ęquale,

æquale, ſi in omni mixto reperitur elemẽtũ prędominans, & eo magis, cum dicat Ariſt. in omni mixto reperiri plus terrę, & aquę, quam aliorum elementorum, hoc idem fatetur Auic. cap. de elementis. *2. gen. 48. 4 metheor. 29.*

Quinto ſi daretur ęquale quoad pondus, in quo tãta eſſet portio ignis, quanta aliorũ elementorum, tunc cum ignis ſit cęteris actiuior, omnia alia elementa deſtrueret, & ſic, aut non fieret mixtum, vel modico tempore duraret. *Conciliator diff. 18.*

Ex ijs colligo, falſam eſſe ſententiam illorum, qui affirmant, poſſe dari tale mixtum in corpore pręter naturaliter diſpoſito, & in fieri, & in inſtanti, vt probant rationes in contrarium adductæ. *Iacob. Forl. quæſt. 6. Petrus de Aluernia:*

Sed maior eſt difficultas, quoniã Fernelius probat dari mixtũ æquale quoad pondus, in alteratiuis qualitatibus, & primo qualitates ſummæ elementorum, vt eorum ſubſtantię in mixtione non corrumpuntur, ſed aſſeruatę, & integre temperamentum conſtituunt, nihil prohibet æquis illas portionibus mixtas exquiſitæ temperamentũ proferre: quod in proportionis ſitum eſt ęquabilitate, nam ęquabilitas licet mutuam actionem qualitatum tantum non ſuſtinet, quę vel deceſſionem, vel repreſſionem contrariorum moliatur, ſatis tamen fert, vt paria contraria, ſe ſe valeant confundere, ac vere permiſcere, in vnum demum coire temperamentum, minus enim virium, & inæqualitatis contrariorũ temperatio deſi *li. 3. de nat. med. cap 4.*

derat, quam illorum diſſolutio, & occaſus, da tur ergo æquale quo ad pondus.

lib. 1 de arte med. c 4.

Eandem ſententiam tenet Chriſtophorus Auega, & ſic probat, quoniã ex mixtura aquæ feruentis, & gelidæ equis portionibus, exactè medium conficitur inter calidum, & frigidũ, ſimiliter hoc temperamentũ quoad pondus reperitur inter ſiccũ, & humidum vbi pares cineris, & aquæ portiones quis miſceat, & cõfundat, ſi ergo quatuor elementorum ſubſtãtiæ potentijs æquatæ confundantur, actione, & paſſione mediantibus medium exquiſitæ, & ſimpliciter tale generabitur, quod erit medium in vniuerſa rerũ ſubſtantia. Id vero cutem volę manus hominis temperatiſſimi, ac in ſpecie humana medij eſſe notum euadet. Sola tamen cutis in corpore humano mediũ id oſtendit, & cuius temperatura, de toto corpore pronunciare licet. Quid autem dicendũ ſit ad has rationes dicemus infra: Nunc autẽ videndum eſt, quid ſentiat Gal. hac in re.

Vgo in 1. 1. c. de compl. Montanus eo loco. Argenteri' in Tegni. com. 2.

Crediderunt quidam Gal. poſuiſſe temperamentum ęquale quoad pondus in alteratiuis qualitatibus, ſolum ſecundum ſenſum, nõ autem ſecundum rei veritatẽ, & cũ medicus ſit artifex ſenſatus, & iudicet res ſecundũ ſenſum, ideo dicit cutim volæ manus, temperatã eſſe quoad põdus, quia talis ſentitur ſenſu tactus, licet reuera nõ ſit, & hoc modo facile eſt concordare Gale. cum Auic. qui negat dari hoc temperamentum, quoniam omnes conueniunt nõ dari ſecundum rei veritatẽ, quod

ſi illud

ſi illud concedat Gal. dicatis hoc eſſe ſecundum tactũ: Non laudo hanc ſententiã, quia ſi datur ſecundum ſenſum, ergo & ſecundum rei veritatem, probatur conſequentia, quoniã ſenſus nõ decipitur circa proprium obiectũ; primę qualitates, ſunt obiectũ ſenſus tactus: ergo ſi ſenſus tactus iudicat dari tale temperamentũ quoad pondus, ergo reuera dabitur, aliter ſenſus deciperetur circa proprium obiect, quod eſt contra Ariſt.

2. de anima Auerr. 1. Cœli. 7. 2. collig. ca. 1. & 2. Gen. 48. 1. cant. com 25. Conciliator diff. 18 gẽt. 1. 1 cap. de compl. Curtius eo loco. Farnelius loco citato. Auega loco citato.

Communis tamen opinio tenet Gal. poſuiſſe mixtum æquale quo ad pondus, ſecundum rei veritatem.

Pro reſolulione huius difficultatis notandum eſt, quod ad hoc vt detur mixtum æquale quo ad pondus, in alteratiuis qualitatibus duo neceſſario requiruntur, primo, vt primæ quatuor qualitates, in tali mixto ſint in eodẽ gradu, & æque intẽſę, vt ſi caliditas ſit vt duo, etiam frigiditas humiditas, & ſiccitas ſint vt duo: Secundo requiritur, vt illę eædem qualitates, ſint ęquales in agendo, & ita inuicem bene põderatæ, & mixtæ, vt vna non ſit magis actiua, quam altera, ſed æque potentes: Sed quoniã eſt impoſſibile, vt primæ qualitates ſimul, & ſemel in eodem mixto, ſint ęquales in gradu, & in operando, ideo impoſſibile eſt, dari æquale quo ad pondus, minor probatur, quoniam cum cæteris partibus caliditas ſit actiuior frigiditate, & humiditate, ideo ſi in tali mixto caliditas, & frigiditas ſint in eodem gradu, & æque intenſę, iſtę qualitates nõ

Autoris ratio.

erunt æquales in agendo,ad hoc enim, vt eſſent ęquales in agendo, eſſet neceſſarium, vt ſi caliditas ſit vt vnũ, frigiditas eſſet, vt duo, humiditas,vt tria,& tunc licet eſſent ęquales in agendo, nõ eſſent æquales in gradu; & ſic ſoluitur tertia ratio.

Iacobus de part 1.1 c. de compl. Curtius eo loco.

Ex his facile erit reſpondere, ad rationes in oppoſitum adductas, & ad primum dicũt quidam, nullum eſſe inconueniens,dari ęquale quoad pondus,in tranſitu,in fieri, & in inſtanti,vt probat argumentum,nos autem negamus dari in facto eſſe,& in eſſe permanente, quod duret aliquo tempore. Alio modo ſoluit difficultatem Conciliator. Quod quãdo fit tranſitus,ab extrema grauitate,ad ſummam leuitatem, ante medium corrumpitur forma terræ, & introducitur forma ignis, ad quam ſequitur ſumma leuitas, & quando fit trãſitus de vna extrema complexione in aliã, nõ fit per medium, quoniã ex ſententia Ari. tranſmutabile, tandiu manet ſub forma abijcienda,quouſque introducatur in inſtãti noua forma in ipſum, quam conſequitur cõplexio, reliqua priori corrupta, nec oportet, vt id fiat per formas intermedias,aer enim quãdo tranſmutatur ab igne, tamdiu manet ſub forma aeris,donec forma ignis introducatur in inſtanti.Idẽ contingit in caſu noſtro,quod tamdiu remanebit mixtum ſub vna complexione,vt calida,& ſicca, quouſque introducatur in inſtanti,alia complexio frigida, & humida:quod ſi iſta ſolutio nõ placeat,eo quia

Diff. 18.

for-

formę elementorum, intenduntur, & remittũtur, ad intenſionem, & remiſſionem primarũ qualitatum, & ideo non introducuntur in inſtanti, ſed in tempore.

Dicamus igitur nos concedendo, quod in illo tranſitu, in illo medio in fieri, nullum eſt incõueniens, dari ęquale quoad pondus, hoc autem potius dici debet quoddã aggregatũ imperfectum, quam mixtum.

Ad ſecundum dico, quod licet oleum aſcẽdat in aqua, non tamen ęqualiter aſcendit, ſicut deſcendit, cum citius deſcendat in aere, quam aſcendat in aqua, ideo non eſt æquale.

Ad tertiũ poſſumus reſpondere vt ad primum, vel melius dicamus, quod licet primæ qualitates, ſint in eodem gradu, tamen mixtũ illud non dicitur æquale quoad pondus, cum etiam requiratur, vt ſint ęquales in agendo, vt diximus ſupra.

Ad quartum dicatis, quod vbi eſt magis, & minus, ibi aliquo modo eſt reperibile medium, nõ tamen eſt neceſſarium vt ſit ęquale ad pondus, ſed ſufficit eſſe æquale quoad iuſtitiam, vel ſaltim ſi fuerit ęquale ad pondus reperitur in fieri, & in inſtanti: Vel dicatis melius, nõ eſſe verum, quod vbi reperitur magis, & minus, debeat reperiri ęquale, quoniã datur orbis minor orbe veneris, & orbis maior orbe veneris, & tamẽ nõ reperitur orbis ęqualis, orbi veneris. Similiter reperitur ſanitas magis, & minus perfecta, non tamen datur perfectiſſima, & exquiſitiſſima, ſanitaſque ſe-

Iacobus de partibus.

cundum Gal.aut non reperitur, aut durat tantum in inſtanti.

Ad quintum dico, quod nec ex cinere, nec ex niue, & aqua feruenti, fit vnum mixtum, perfectū, ſed potius erit vnum aggregatū per accidēs, ſicuti ex plurimis granis millij, tritici & ordei, vel dicatis à Gale. appellari ęquale quo ad ſenſū, non autē ſecundū rei veritatē.

Gentilis 1. 1.c.de cōpl. Ad ſextum nego ſemper intellectū eſſe verorū, nam intellectus dupliciter ſumitur, quidam eſt intellectus principiorum, & iſte eſt ſemper verorū, vt de quolibet dicitur eſſe, vel non eſſe, omne totum, eſt maius ſua parte. *Conciliator diff. 18.* Secundo modo ſumitur intellectus, prout eſt potentia animæ intellectiuæ, & hic aliquādo eſt verus, aliquādo eſt falſus, eſt verus quādo intelligit verū eſt falſus quando intelligit falſa, *de anima 31.* ex Ari. & ſic inter imaginādo æquale. quo ad pondus falſa intelligit, & imaginatur.

Ad ſeptimū dicatis loqui Gal. de temperato quoad pondus ſecundū ſenſum, ſicuti corpus optime temperatum quoad iuſtitiā, dicitur metrū, & menſura, aliarum complexionū.

Ad octauū dico, quod illa propoſitio eſt vera ſolum de cōtrarijs poſitiue, non autem de priuatiuis, quia non eſt verū dicere, datur plenum, ergo datur vacuum, ſicuti nec valet aſſerere, datur finitū, ergo & infinitum, ſimiliter dico, ego nōn valet dicere, datur inæquale ad pondus, ego datur æquale quoad pondus cum ęquale quoad pondus, non ſit poſitiuū cum non reperiatur ex parte rei.

Ad rationem Fernelij Reſpondeo,& nego ſummas elementorũ qualitates manere in mixto,ſed dato quod ſummę manerent,& quod elementa qualitatibus paribus concurrerent in mixtione, non tamen ſequitur, ergo ex eis fit temperamentum ęquale quoad pondus, cùm non ſolum ſufficiat, vt primę qualitates ſint in ęquali gradu,ſed eſt etiam neceſſariũ, vt ſint ęquales in agendo, vt diximus ſupra,& vna non agat in aliam, quod quidem eſt impoſſibile, vt hæc duo ſimul iungantur.

Idem dico ad rationem Auegæ,quod licet ſumamus aquam calidam,vt quatuor, & frigidam,vt quatuor, & inuicẽ commiſceantur, cũ caliditas actiuior ſit frigiditate, ideo non poterit fieri temperamentum quoad pondus.

An ſimile poſſit, & debeat conſeruari à ſuo ſimili. Cap. VIIII.

Ratio dubitandi eſt, quoniã fatetur Gal. ſimile cõſeruari à ſuo ſimili: Contrariũ tamen docet idẽ Gal.dũ ſic dicit,à ſimilibus ſuæ temmperaturæ cauſis facile offenduntur, iuuantur autem à modico contrariorũ vſu, & hoc in omnibus diſtẽperatis partibus cõmune eſſe teſtatur,& 6.de ſanit.tuenda,dicit,humida,& ſicca ſimilibus cõſeruãda, calidis autẽ,& frigidis,cõtraria ſemper dare, expedit.

Augetur difficultas,quoniã Gal. nutrit ſenes,qui frigidi ſunt, & ſicci, victu moderate calido, & humido, ergo non conſeruantur à

1. aph. 16. 3. tegni 86. 8. meth. med c.vltimo.9.met med. c. 14, 3. Aph,3. 2.tegni 23. 6. de ſanit. tuen.c. 2. 5.ſani.tuen cap. 8. 6.ſani.tuen cap. 2. in tegni. c. 100.

ſimili, ſed à contrario.

Pro reſolutione difficultatis ſciendũ eſt primo, ꝙ Corpora ſunt in duplici differẽtia, aut æqualia, bene temperata, & optime ſana, vel, ſecundo inęqualia diſtẽperata, & male ſana: prima corpora optime ſana, conſeruantur à ſuo ſimili, & a ſimilibus iuuantur, ſicuti a contrariorum vſu, maxime læduntur.

Sed corpora male ſana tantum abeſt, vt à ſimilibus conſeruentur, quod ab eis maxime lęduntur, iuuantur autem a modico contrariorum vſu.

Ratio autem huius rei talis eſt, quoniam ea quæ ſe habent ſecundum naturam, & valde bene, ſunt conſeruanda in illo optimo ſtatu, & in perfecta ſanitate, ſicuti ea, quæ ſe habent pręter naturam, cum non debeant conſeruari in illo malo habitu, ſed ab illo remoueri, vt reducantur ad optimam, & perfectam ſanitatem, ideo non ſunt conſeruanda, ſed remouenda: & ſicuti conſeruatio fit à ſimili, ita ablatio, ſeu reductio ad naturalem ſtatũ, & curatio fit per contraria.

Ex ijs dico, quod optima ſanitas, & optimum temperamentum, cum ſint res ſecundũ naturam, debent conſeruari, & quoniam conſeruatio non poteſt fieri, niſi a ſimili, ideo ſimilibus ſunt conſeruanda ea omnia, quę ſe habent ſecundum naturam, & optima ſunt. Ea vero, quę nobis inſunt præter naturam, & recedunt a naturali ſtatu, & ideo dicũtur inęqualia, intemperata, cum non ſint in

8. meth. med. cap. 9. à principio.

eodem ſtatu, & in malo habitu, & mala ſanitate cōſeruanda, ſed potius remouenda, hinc factum eſt, vt à ſimilibus lædantur, quoniam ea, quæ ſimilia ſunt conſeruant, & quandoq; augent illam malam ſanitatem, & inæqualitatem, quare à contrariis iuuantur, quoniam ea, quæ ſunt cōtraria tollunt illum exceſſum, & illam inæqualitatem, & ſunt in cauſa, vt tale corpus inæquale, reducatur ad ſuam æqualitatem, & optimum temperamentum.

Pro maiori tamen declaratione, declarorem cum exemplo, ſi fuerit complexio calida, & humida, temperata, & æqualis, ita vt nō excedat plus iuſto, iſta complexio cum ſit optima, & ſecundum naturam, erit conſeruanda, & pro ſui conſeruatione conueniunt ea, quæ ſimilia ſunt, ſi altera tamen fuerit complexio, quę licet ſit calida, & humida ſit tamē calida, & humida plus iuſto & magis, quam conueniat, ita vt per exceſſum caloris, vel humiditatis, recedat ab optimo temperamento, tunc iſta complexio non dicitur naturalis, nec ſecundum naturam, cum modum excedat & ideo non conueniunt ſimilia, ne à ſimilibus illa mala complexio conſeruetur in ſua mala intemperie, ſed cum tollendus ſit ille exceſſus, & reducenda ſit illa intemperies ad optimum temperamentum, ideo conueniunt illa, quæ ei ſunt contraria, cum contrariis cōtraria curantur, & cōtrariū nō remitti tur niſi à ſuo cōtrario: Colligatis igitur quod Ætates, Temperamentum, ſi modū excedant,

& non

& non ſint ſecundum naturam à ſibi ſimili læduntur, ſed à modico contrariorum vſu iuuantur, quia per contraria reducuntur ad optimum temperamentum, vt docet Gal. ſed ætates, temperamenta, quæ aqualia ſint, & optima, & ſecundum naturam, ſimilibus debent conſeruari, & à contrariorum vſu læduntur, quoniam à contrarijs deſtruitur eorum temperamentum, quod erat conſeruandum, cum ſit optimum.

3. aph. 3. 8. met. me. c. 9.

Colligatis Secundo quod cum non detur corpus omnino, & optime temperatum, quin ſaltem aliquantulum recedat ab optimo temperamento, ideo nec datur corpus quod poſſit, nec debeat à ſuo ſimili conſeruari, ſed iuuatur à modico contrariorum vſu, vt reducatur ad optimum temperamentum; quod ſi dicat Galenus ſimile conſeruari à ſuo ſimili, & dari corpora, quæ à ſimilibus ſint conſeruanda, dicatis reuera non eſſe ſimile, ſed dicitur ſimile quoad ſenſum, & cum artifex ſit medicus ſenſatus, & iudicet res ſecundum ſenſum, ideo licet iſta, quæ applicantur reuera non ſint ſimilia, ſed modice contraria, quia tamen ad ſenſum videntur ſimilia; ideo à medico dicuntur ſimilia; modicus enim contrariorum vſus quandoque videtur quid ſimile quoad ſenſum, licet reuera non ſit.

Tertio Colligatis, quod ſicuti ſimile conſeruatur à ſuo ſimili, ita a contrarijs, & a modico contrariorum vſu, præſeruantur ab imminenti lapſu, cum præſeruatio, &

cura, eiſdem contrarijs fiant, vt docet, Galenus eadem enim eſt ratio inſtantis laſſitudinis curandæ, & factæ iam ægritudinis. 4. Sanit. tuen.

Ex his, quæ hactenus diximus, facile erit reſpondere ad rationes in oppoſitum adductas, & primo ad auctoritatem Gal. quod ibi docet reducere corpora diſtemperata, & male ſana, ad optimam ſanitatem, & optimum tẽperamentum per contraria, non autem loquitur de corpore optime ſano. 2. aph. 3.

Ad alium locum Gal. quod ideo dicit calidis, & frigidis ſemper dare expedit, quoniam cum ſit valde difficile, ea ad inuenire, quæ prorſus, & præciſe eis ſimilia ſint in gradu, ideo periculum eſt, ne exhibeamus cibos calidiores magis quam par ſit, vnde ex illis fiat maior lapſus, & exceſſus in caliditate, hac igitur ratione factum eſt, vt non vtamur ſimilibus, non quia non ſint apta conſeruare ſuum ſimile, ſed quoniam cum ſit valde difficile cognoſcere, & adinuenire cibos omnino ſimiles, & ea, quæ ſint æque calida, vel frigida, ideo nos vtimur modico contrariorum uſu: ad præſeruandum, nam contraria preſeruant ab vlteriori lapſu: preſeruare autem ab vlteriori lapſu, eſt conſeruare: & ideo ſimilia quandoque conſeruantur à contrarijs in ſenſu iam dicto; & quando dicit Galenus ſimilia lædi à contrarijs, dicatis non lędi ab eis; vt ſimilia; ſunt; ſed pro ut credentes, applicare ſimilia, applicamus 2. de ſanit. tuen. c. 2.

ea, quę nõ ſunt verę ſimilia, vel dicatis, quod ibi non loquitur Gal. de corpore optime ſano, & bene tẽperato, ſed de male ſano, quod tamen ſecundum ſenſum apparet optime ſanum, & ideo à ſimilibus læditur, quoniam ab eis cõſeruatur in ſua mala intemperie, exemplificat autem potius ibi Gal. de frigidis, & calidis quam de humidis, & ſiccis, quoniam cum ſint qualitates magis actiue, à quocunque leui errore, ac exceſſu maius ſequitur nocumentum quam ſi fieret exceſſus in paſſiuis.

Ad locum de ſenibus Reſpondeo, quod complexio ſenum non eſt temperata, ſed diſtemperata, ideo per ſua contraria reducenda eſt ad optimum temperamentum. Cum ergo ſtat᷑ naturalis ſenum ſit vitioſus, ideo deſiderat reduci ad melius, quod fit per contra- vt ſunt calida, & humida.

3. ſanit, tu. c. 8. 6. ſan. tu. c. 2.

Hic tamen occurrit difficultas, ſi enim eſt verum, quod ſimile debeat conſeruari à ſuo ſimili, & ſumpta indicatione à complexione, conueniunt ea, quę ſimilia ſunt, ergo frigidiora conueniunt Pituitoſo febricitanti, quam bilioſo, conſequentia probatur, quoniam febricitanti pituitoſo, conueniunt ea, quę ſunt frigida duplici ratione, primo ratione febris, ſecundo ratione temperamenti frigidi, quod à ſuo ſimili debet conſeruari, ſed bilioſo non conueniunt niſi ratione febris, non autem ratione temperamenti, quod quidem cum calidum ſit, potius calida, quam frigida ex poſtulat: augetur eo magis difficul-

tas,

tas, quoniam dicit Gal. Temperaturæ natura frigidiores, ſi ex calore laborent, refrigerari tũm vberius, tũ diutius poſtulant, & ſi flegmaticus, & colericus æqualiter quoad tactũ febricitent; cum maior ſit caliditas flegmatici, quam colerici, quia flegmaticus proprio temperamento frigidus eſt, biliosus vero calidus, & ſi ad tactũ apparet æque calidi, eſt neceſſarium, quod plures gradus caloris febrilis ſit in flegmatico, ſicuti ſi æque calidũ ſentiatur ad tactum, lignum, & ferrum, certũ eſt tamen, quod plures gradus caloris, reperiuntur in ferro, quam in ligno; cum frigidi⁹ ſit ligno. Hac igitur ratione dicendum erit, frigidiora competere flegmatico febricitanti, ſumpta indicatione à morbo, & à temperamento, quam bilioſo. Et ſi dicat quiſpiam ueſtrum, & cur igitur febricitanti bilioſo cõceduntur frigidiora, vt potus aquæ frigidiſſimę, quod non conceditur, nec conuenit flegmatico? *7.met.med c.vlt. 8.meth. med. c. vlt. 9. met. c.15.*

Quidam crediderunt, argumentum eſſe demonſtratiuum, & veriſſimum: ſed dicunt flegmatico non conuenire frigidiora ratione virtutis, licet enim ei conueniant ratione febris, & ratione complexionis, multo magis quam bilioſo, tamen quia non conueniunt ratione virtutis, à qua principaliter deſumenda eſt indicatio, vt docet Gal. cum virtus nõ ſit adeo valida in flegmatico, vt in colerico, ideo quæ valde ſunt frigida non conueniunt flegmatico, ne naturalem calorem debilem, *Oddus 1. aph. cõ.16.* *9.met.c.18*

&mi-

& mitem extinguant & vires diſſoluant, cholerico vero conueniant ratione febris, & virtus, validior ſit, ideo frigidiora applicari debent. ſi tamen virtus eſſet æque fortis, ac valida in vtroque, tunc concedo, quod magis conueniret flegmatico, quam bilioſo, vt probat argumentũ: Vel dicatis, & melius, quod frigidiora conuenirẽt flegmatico, ſi illa complexio eſſet ſecundum naturam temperata, & optime ſana, ſed cum recedat ab optimo temperamento per exceſſum frigiditatis, hinc factum eſt, vt non expoſtulet ſimilia, ſed potius contraria, ad hoc, vt a modico contrariorum vſu, tollatur ille exceſſus, & reducatur ad optimum temperamentum, & ideo frigidiora cõueniunt bilioſo febricitãti, quam flegmatico, quoniam bilioſo conuenit ratione febris. Secundo ratione mali temperamenti calidi, vt a ſuo calido reducatur ad optimum temperamentum, flegmatico vero conueniunt tantum ratione febris, non ratione temperamenti, ne a ſuo ſimili conſeruetur illa mala intemperies, & fiat maior lapſus.

Autheris ſolutio.

Ad auctoritatem Gale. dico, & concedo, quod ſi ad tactum ſentiatur æqualis calor, quod plures gradus caloris ſunt in flegmatico, quam in bilioſo, & ideo ratione maioris caloris febrilis, frigidiora conueniunt flegmatico, non ratione temperamenti, ſed ratione febris: Ad id, quod dicis de potu aquæ. Reſpondeo conuenire bilioſo, ſi intentius febricitet, quam flegmaticus, & dato,

quod

quod ęquæ febricitent, dico, quod frigidiora conueniunt bilioſo, eo quia ei conueniunt etiam ratione temperamenti: Eodem modo ſoluitur ratio Auer. contra Gal. de ſene eque febricitante, cum iuuene, & tamen frigidiora conueniunt iuueni. Dicatis hoc eſſe verum, ſi non habeant optimum, & perfectiſſimum temperamentũ, quod tunc illi temperamento non conueniunt ſimilia, ſed contraria. *7.coll.c.1.*

An conſeruanda ſit Conſuetudo, præſertim tempore ægritudinis, ſi fuerit mala. Cap. XI.

DVbitari enim ſolet apud antiquiores, & iuniores interpretes, an ea, quæ longo temporis vſu, nobis facta fuerint familiaria, & conſueta, perpetuo ſint conſeruanda, non ſolum in corpore ſano, ſed etiam in Socrate febricitante, & laborante, prężſertim ſi talia conſueta, mala ſint, & morbo contraria.

Pro cuius quidem rei declaratione, duo hic veniunt conſideranda, primo quare conſeruanda ſit conſuetudo. Secundo an iſta conſuetudo ſi mala fuerit, debeat conſeruari tempore ęgritudinis. *Hipo. ib. de aere, aqua.*

Quoad primum dicatis, quod conſuetudo non alia ratione dicitur à Gal. altera natura, niſi quia ea, quæ longo vſu nobis fuerint conſueta, ratione diuturnæ cõſuetudinis, & vſus, *1. de ſanit. 2. de motu muſculorũ. 2. de temp. cap. 4.*

vbi

vbi prius nobis forſan erant ingrata, ne dicã contraria fiunt familiaria, iucundiſſima, & ſecundum naturam, & ea, quę prius erant difficiliſſimæ concoctionis, & quandoque mali ſucci, ne dicam venena, & prauæ qualitatis, modo ratione conſuetudinis facillime concoquuntur, nec lædunt, ſed nutriunt, & conuertuntur in ſubſtantiam viuentis: hac igitur ratione Cõſuetudo dicitur Natura, quoniam ſicuti natura & naturalis facultas apta eſt trãſmutare alimenta in ſubſtantiam viuentis, & in alteram naturam, vt panem, & vinum, in carnem, &c. ita & conſuetudo, reddit ea, quæ ſunt præter naturam, & ingrata, nobis ſecundum naturam, & iucundiſſima, & ſimilia. Vel dicatis, dici Alteram naturam, eo quia conſuetudo alterat naturam, & eam mutat, quoniam facit ea, quæ erant præter naturam, & nobis diſſimilia, naturalia & ſimillima, ideo dicitur alterare naturã, quoniã natura a frequenti actione, & paſſione conſueta acquirit quandam diſpoſitionem per quam alteratur à ſuo curſu.

Ex hiis ergo dicatis, quod Cõſuetudo cum ſit res ſecundum naturam, debet conſeruari, & cum conſeruatio fiat à ſimili, ideo à ſimilibus conſeruandæ ſunt conſuetudines, ſic docet Gal. quod à conſuetudine ſemper ſumitur indicatio ſimilium, quoad homines ęgrotant; ſed conſeruandam eſſe conſuetudinem, videatis Hipoc. ſic loquentem. At qui quod vitioſus tum potus, tum cibus, ſemper ſibi ſimilis

8. met. me. c. 9.

3. de rat. vict. 21. n. 4

milis ad ſanitatem tutior ſit, quam ſiquis ſubito ad alteram, vel meliorem ſe transferat, facile diſcitur, intelligiturque: nępe tum his, qui bis in die comedunt tum his, qui ſemel, noxam imbecillitatem quæ patiunt, repentinæ mutationes: quiq; prandere non conſueuerunt & prãdẽt, ſtatim ægre habent, toto item corpore graues reddũtur, & parũ valẽtes, & deſides, ꝙ ſi ſupercenauerint alios, alui leuitas exercet nępe ventriculus, prȩter conſuetudinem grauatur, ſuperſicceſcere conſuetus nõ bis tumeſcere, neq; bis cibos coquere; quod alibi clarius oſtendit, parum Deterior potus aut cibus, ſuauior autem melioribus quidem ſed minus ſuauibus eſt preferendus, & infra reddit rationem Hipoc. qua ratione factum ſit, vt ea quȩ deteriora ſint, ſi fuerint conſueta ſuauiora ſint, & magis conferant, quam ea quæ meliora fuerint, dummodo non ſint conſueta dicit Hipocrates quæ ex longo tempore conſueta ſint, & ſi deteriora ſint inſuetis, minus moleſtare ſolent, reddit rationem Galenus quoniam ea, quȩ delectant & ſumuntur cum guſtu, melius concoquuntur, licet ſint mala, quoniam ſi optima fuerint, & boni ſucci, ſumantur tamen cum moleſtia, & ſine guſtu, cum pariant vomitum, faſtidium, rugitum, & inflationem, & ideo Gal. fatetur quod cibus licet malus, & difficillimȩ coctionis & nobis diſſimilis ratione conſuetudinis fit nobis ſuauiſſimus, familiaris, & optime coctionis, vt in noſtris commentarijs

2. aph. 38.

2. aph. 50.

2. aph. com 38.

lib. de aſſuetudine.

2. aph. 38. & 50.

in expoſitione illius aphoriſmi longiori progreſſu declarauimus.

Sed an iſta mala conſuetudo ſit conſeruanda, tempore ęgritudinis, habet grauiorem difficultatem vt deueniam ad ſecundum quęſitum, ita vt ſiquis conſuetus fuerit tempore ſanitatis, ter, & quater commedere in die, & & alimenta mali ſucci, an dum ægrotat, immutanda ſi iſta conſuetudo ratione morbi, ita vt ſemel vel bis debeat ſumere cibum in die, & non conſueta alimenta, ſed alia, quæ meliora ſint, & optimi ſucci.

8.met.c.9. 5.ſanit.tu. poſt med. 2.aph. cõ. 51. Ratio dubitandi eſt, quoniam docet Gal. conſeruandam eſſe malam cõſuetudinem dũ ſic dicit, quod nec intẽperatæ naturæ, nec male conſuetudines ſint remouẽdæ niſi tempore ſanitatis, nec non cum homo ciuilibus exercitijs vacat, & clarius his verbis docet Gal. 8.met.c.9. Reuertamur autem rurſus ad intemperatas naturas, nam quoniam eas licet, & quales accipimus ſeruare licet, & ad melius transferre: ſatius arbitror eſt, cum plane valent non cum ægrotant, vel de ſe quæruntur victus illis rationem mutare, gaudent enim naturæ conſuetis ſemper: quod namque qui ſibi iam diſplicent extra cetum eorum, qui ſecundum naturam ſe habent ſunt ponendi. Atqui ſi ex ipſa conſuetudine indicationem aliquam ſumi conueniet: ſiquidem multo iam tempore intemperatas naturas contrario victu ei, quę vicit intemperiei cibauimus, ita etiam & cum parum ex ſententia ſe habẽt

faciemus, & paulo infra ſic dicit à conſuetudine enim ſemper eſt, indicatio ſimilium, quoad ſcilicet ęgrotant homines & alibi dicit Galenus quod conſuetę exercitationes non ſunt mutandę, ſi cum his ſanus vixerit, vnde Ætius dicit, qui ſtatuto ſibi certo viuendi genere, quamplurimo tempore ſanus permanſerit, certe ad aliam conſuetudinem, non eſt traducendus, & ratio eſt quoniam, ſi illa victus ratio licet ſit mala conſuetudo, non fuiſſet, conueniens illi naturæ, illam tamdiu non tolleraſſet, neque cum ea tam diu ſanus viuere potuiſſet. *5. ſanit.tu.* *2. aph.cō. 50.* *lib.4.c.32*

Reſpondeatis igitur ad quęſitum, conſeruandam eſſe malam cōſuetudinem, tempore ægritudinis; & ſi dicatis vos ſiquis ergo conſuetus fuerit in ſanitate, comedere ſępe, & multum & nunc ægrotet ex repletione, vel morbo acuto, cui conuenit tenuiſſimus victus, in iſto caſu ratione conſuetudinis, cibandus, ne erit ęger iſte ſæpe, & multum, aut parum, & raro ſicuti conuenit ratione morbi.

Dicatis, ꝙ non docet Hipo. omnino cōſeruandam eſſe conſuetudinē, ſed docet aliqua ex parte eſſe conſeruandam, dū dicit condemnandum eſſe aliquid cōſuetudini, qua ſi dicet Hipo. licet non omnino: aliqua tamē parte, conſeruanda eſt, conſuetudo, vnde in hoc caſu dicto, magis, & frequentius cibarem illum ęgrum ratione conſuetudinis, quam alium laborantem eodem morbo, qui tamen non eſſet cōſuetus multum, & ſępe comedere *1. aph. cō. 17.*

idem dicendum eſt de ętate, temperamento & temporibus anni. Si enim puer, & iuuenis æque febricitent, tunc ratione ętatis, magis cibandus erit puer, quam iuuenis, ſicuti copioſius cibandum erit hieme, quam ęſtate, ſic docet Hipoc. Verba enim illa: Condonandum, eſt aliquid, oſtendunt conſuetudinem non in totũ eſſe conſeruãdam, ſed habẽdam eſſe aliquã rationem, & aliquã conſiderationem ipſius conſuetudinis, ſic.n. docet experiencia, quod qui aſſueti ſunt bibere vinũ meraciſſimum, & puriſſimũ in multa copia, dum poſtea febricitant, non prorſus abſtinẽdi ſunt à vino, ſed vinum illis concedimus (vt comdemnemus aliquid conſuetudini) ratióne conſuetudinis, ſed ne tamen morbo noceat, dabimus vinum oligo forum, & bene dilutum, ita quoq; ſi ruſticus, qui tẽpore ſanitatis ſolitus erat veſci herbis, allijs, cepis, ſi dũ ęgrotat nutriatur iure pulli, contuſo, & eiſdem alimentis, quibus vtimur, in nobili viro laborãte eodem morbo, certum eſt, quod ex inſolita victus ratione, licet per ſe bona ſit, magis læditur.

1. aph. 14. 15.

Iſta tamen ſententia erit vera, dummodo conſuetus cibus non ſit valde deterior, quia vbi valde mala fuerint, non erunt concedenda ægrotanti. Sic. docet Hipoc: Quæ languentibus grata ſint peragito, cibaria, pocula mũda, puraq; conficito, porrigitoq; dummodo non valde lædãt, & alibi ſic fatetur Cibos, potus, quæcunq; ægri concupiſcunt; ſi non dam

6. Epidem. com. 4.

lib. de affectio.

num

num, conſequatur exhibeto. Hoc idem Hipo. paulò deterior cibus, aut potus, ſuauior autẽ melioribus quidem ſed minus ſuauibus eſt preferendus: quibus verbis docet Hipoc. non omnem cibum malum, & conſuetũ concedẽdum eſſe ægrotanti, ſed paulo deteriorem. *2. aph. 38.*

An detur Corpus Neutrum.

Cap. XII.

DVbitari ſolet apud medicos, an detur corpus neutrum, & ratio dubitandi eſt, quoniam ponitur à Galeno dum dicit, Medicinam eſſe ſcientiam ſalubrium, inſalubrium, & neutrorũ, Immo idem Gal Fatetur corpora conualeſcentium, & decidentium, eſſe corpora neutra. *1. tegni c. 1.* *c. 2. & lib. ad traſib. c. 39.*

Secundo Appellat alibi corpora ſenum, & conualeſcentium neutra, & c. 11. neutra dicit corpora decidentiæ. *6. ſan. tu. c. 2. & 11. li. de conſt. c. 14. 19.*

Tertio 1. de diebus decret. c. 6. dicit quod dolor capitis, grauedo totius, roſio ventriculi, ſunt, ſigna neutralitatis, & alia ponuntur in Tegni cap. 82.

Quarto non fit tranſitus de extremo ad extremum abſque medio, ergo cum fit receſſus ab optima ſanitate ad morbum, deueniendũ erit ad medium quod eſt inter ea

Quinto fatetur Galen. quædam eſſe ſymptomata media, inter ea quę ſunt in ſanis, & illa quæ ſunt in ęgrotãtibus, & illa, ſunt ex eorum genere, quæ morbis eueniũt, ſed adeo *lib. de cõſt. artis.*

exigua, & parua, vt ab eis adhuc non impediantur ſolitæ operationes vt eſt dolor adeo paruus alicuius partis, vt non cogat hominem decumbere, & macies, pallor, pigrities ad motum, ſomnolentia, &c. quæ delabentibus in morbum, aut à morbo reſurgentibus contingunt.

4. top. c 5. In contrarium enim eſt, quoniam ex ſentẽtia Ariſt. inter ſanitatem, & morbum, non datur medium, & in poſt predicamentis cap. de oppoſitis, exemplificans de contrarijs immediatis dicit dic vt ſanitas, & morbus.

lib de diff. morbo c. 1. & 2. Secundo ex ſententia Gal. ſanitas eſt æqualis proportio, & commoderatio ſecundum natură, morbus eſt inæqualis diſproportio, & immoderatio pręter naturam, ſed inter ęquale, & inæquale, proportionem, & improportionem, non datur medium.

lib. de diff. morb. c. 2. & 4. 2. de temp c. 4. Tertio dicit Gal. vſque quo functiones manifeſtę non læduntur, non dicitur morbus, ſed interuallum illud ad optimam corporis conſtitutionem, vſq; ad id dum lęſa eſt actio manifeſte, tota dicitur latitudo ſanitatis, ergo nõ datur neutrum.

6. ſan. tu. c. 2. Sed alibi dubitat. Gal. an detur neutrum ſi cut eſt ſenum diſpoſitio, & eorum, qui ex febre conualeſcunt, & dicit, quod horum diſpoſitio eſt ſanitas ſecundum habitudinem, & alio loco, vbi loquens de his corporibus, quę *5 ſanit. tu. c. 4. 6. ſan tu. c. 11.* quamprimum ſunt lapſura in morbum, dicit, quod hæc corpora interiacent inter ea, quæ exactam ſanitatem habent, & ea, quæ iam

ægro-

ægrotant, & hæc attinere dicit ad librum de ſanitate tuenda, ergo ſi hæc omnia contineantur in latitudine ſanitatis, non dabitur neutrum.

Quarto & clarius fatetur Gal. fieri tranſitum ab ęgritudine ad morbum, in puncto im perceptibili, ergo non datur medium. *1. de criſ. c. 4.*

Ad hanc autem difficultatem quid ſit dicendum, nō facile eſt animaduertere cum res ipſa per ſe adeo ſit difficilis, vt grauiſſimi, & doctiſſimi viri, diuerſa, ac varia ſentiant.

Reſponderunt quidam, ſecundum rei veritatem, non dari hoc neutrum, quod dicatur medium inter morbum, & ſanitatem. Sed cum quandoque factum ſit, vt actiones inſenſibiliter lęduntur iſte affectus habetur pro neutro, licet reuera ſit morbus, & extra latitudinem ſanitatis, quare ſecundum iſtam ſententiam, neutrum non datur ex parte rei, cum reuera neutrum non differat ab ægritudine, niſi in hoc, quod neutralitas eſt inſenſibilis lęſio actionis, morbus vero eſt ſenſibilis læſio, quam ſententiam ſequitur etiam Auerrois in epitome. 3. methaph. cap. de oppoſitis. *Truſian. 1. Tegni cō. 7 Iac. forl. q. 2. in Tegni*

Falſa tamen eſt iſta ſententia, quod. s Neutralitas, ſit, in qua actiones inſenſibiliter ledūtur, & reuera, & ex parte rei ſit morbus, primo quia ſi hoc eſſet non conſideraretur à medico, cū medicus non conſideret inſenſibilē leſionem operationum, ſic docet Gal. dum dicit cum affectus ita eſt, vt nec ab ægro, nec à *1. de locis aff. c. 2*

1 de na humana com. 19. medico cognoſci poſſit, medicus eum non curat, nec habet pro morbo, & alibi, donec actio manifeſte non læditur, morbus non dicitur, & primo de ſanit tuen. cap. 1. *7. meth. c. 11. lib. de conſt. art. c. 19. 2. Tegni. c. 92. 96* non omnis imbecillitas actionis, morbum nobis ſignificat, ſed quæ præter naturam eſt, & ab actionibus conſuetis prohibet, quod alibi quingentis in locis, hoc idem fatetur Galenus.

Secundo nec eſt verum, quod in corpore neutro actiones inſenſibiliter lędantur, quo- *1. de dieb. decret. c. 6.* niam ex Gal. dolor capitis, grauedo totius, roſio vētriculi, omnia iſta ſunt ſigna neutralitatis, & tamen ſunt ſenſibilia, cū dolor non poſ- *1. de ſanit. tuen cap. 5.* ſit eſſe, niſi ſenſibilis, ergo neutralitas non eſt inſenſibilis lęſio: quod clarius docet Gal. dū dicit, ꝙ per inſenſibilē actionis lęſionē, medicus nil poteſt iudicare, vel ſi per hanc iudiciū eſſet faciendum, omnia corpora eſſent ęgra.

lib. de partibus artis mea. cap. 5. Et ſi dicat quiſpiam veſtrum, fatetur Gal. dari corpus mala temperatura prędituū etiam quod ſenſu non cognoſcatur, & tale dicitur neutrum, ſicut ſunt morſi à cane rabido, vel qui ſumpſerunt venenum, nullam habent ſenſibilem læſionem actionis, & tamen iſta ſunt corpora neutra, ergo talia corpora iudicantur neutra per inſenſibilem lęſionē actionis.

Dicatis, ꝙ talia corpora non iudicantur neutra ex ſenſibili lęſione actionis, cū actiones ſenſibiliter nō ſint lęſę, in tali caſu: ſēſibiliter tamē iudicātur, talia corpora neutra à medico, quoniā cū habeant cauſam procatarti-

cam

cam, euidentem, & ſenſibilem, nempe hauſtum venenum, vel morſum canis rabidi, ex tali notitia iudicat medicus, tale corpus futurum eſſe ægrum: & ideo dico, quod iſtud appellatur neutrum Decidentię, & iudicatur, & cognoſcitur eſſe neutrum, per aliquod ſenſatum, nempe per cauſas externas ſenſibiles, vt quia ſumpſit venenum, vel morſum eſt a cane rabido.

Pro reſolutione autem huius quæſiti, an detur neutrum. Notandum eſt primo, quod ſanitas, vt docet Galenus eſt duplex, alia ſecundum habitum, quæ firma eſt, & optima, altera ſecundum habitudinem, ſed clarius alibi Galenus ponit latitudinem ſanitatis, dum ſic dicit, Animalium corpora ſana, magis, & minus admittunt, alia dicuntur ſana ſecundum optimum habitum, alia ſecundum bonum, & non optimum, alia ſecundũ habitum, aliaq; minus valent, alia quæ ęgrotãt, ideſt quędam ſunt corpora, optime & perfectisſime ſana, alia perfecte, ſed non optime ſana, quædam vero mediocriter, & imperfecte, & diminute ſana. Prima corpora dicuntur ſana ſecundum optimum habitum: Secunda ſecundum habitum: Tertia ſecundum habitudinem.

1. meth. med.

lib. de diff. morbo c. 2

Et ſi dicatis, & quibus ſignis cognoſcã ego an corpus ſit optime, & perfecte ſanum, an diminute. Reſpondeo, quod hoc docet Gal. cognoſcere ex operationibus, dũ ſic dicit, qui firmas actiones habet, bonum habitum ſanitatis

lib. ad tranſibulũ c. 7.

tatis

tatis habet, qui non firmas, non tamen debiles ſanitatem in habitu habet: qui debiles, & ob imbecillitatem inutiles, habent ſanitatē in habitudine, qui vitiatas morbum: & neutros vocat qui habēt ſanitatē in habitudine.

Quid autem intelligendum ſit per corpora Decidentiæ dico, quod cum homo ſanus eſt, & ęgrotare debeat, deueniendum eſt, ante quam actu ægrotet ad quoddam medium, ꝙ dicitur Decidentiæ, & tale corpus, dum eſt in illo medio, dicitur neutrum decidentiæ.

Secundo notādum eſt, ꝙ per ſanitatem duo poſſumus intelligere, primo modo ſanitatē, pro vt comprehendit omnem ſanitatem, & totam eius latitudinem: Vel ſecundo modo poſſumus intelligere, non omnē ſanitatē, nec totam eius latitudinem, ſed tantū ſanitatem ſecundum optimum, & bonum habitum.

Ex ijs Reſpondeo ad quæſitum, quod inter ſanitatem primo modo ſumptam, & morbū, non datur neutrum, quia cum immediate ſint contraria, inter ea non datur medium.

Sed ſumendo ſecūdo modo ſanitatem, pro ſanitate ſecundum habitum, tunc dico, quod inter ſanum ſecundum habitum, & morbū, datur medium, quod dicitur neutrū, eo quia inter perfectam ſanitatem, & morbum, datur medium, nempe ſanitas imperfecta, & diminuta, ſicuti ſunt corpora Decidentiæ, conualeſcentium, & Athletarum, quorum Athletarum meminit Hipo. 1. aph. 3. & ſenū, quæ quidem corpora ſecundum rei verita-

tem,

tem, ſunt in latitudine ſanitatis, & dicuntur ſana ſecundum habitudinem; quoniam habent diminutam ſanitatem, non tamen dicũtur ęgra, cũ ſenſibiliter non lædũtur actiones. Fateor igitur reuera non dari corpus neutrũ, quod nec ſit ſanum, nec ægrum, cum omnia corpora, aut ſint ſana, vel ægra, quod ſi dari neutrum concedat Gal. dicatis hoc eſſe improprrie loquendo, prout corpora imperfecte ſana, poſſunt dici media, & neutra, quia media ſunt, inter perfecte ſana, & ægra, & ideo corpus neutrum reuera, & ex parte rei ſecundum medicos, eſt in latitudine ſanitatis, & dicitur corpus ſanum ſecundum habitudinem. Ratio vero, cur Philoſophi, negant dari corpus medium inter ſanum, & ægrum, quod dicitur neutrum, & conceditur à medicis, talis eſt, quoniam ſufficit Philoſophis cõtemplantibus naturas rerũ ſine relatione ad opus, duas diſtinguere diſpoſitiones humani corporis, ſanitatẽ, quã in æqualitate cõplexionis dicunt cõſiſtere ex 7. Phiſ. 17. & ægritudinem, quæ ſecundũ eos in inæqualitate conſiſtit, & quia inter ęquale, & inęquale nõ datur medium, ideo nec inter ſanitatem, & morbum, datur medium, & quicquid labitur, & recedit ab illa æqualitate, ſiue multum, ſiue parum, ab eis dicitur ægrum, & ſic illud medium, ſiue neutrum, quod à medicis ponitur, à Philoſophis connumeratur inter ægritudinem, & extra latitudinem ſanitatis.

Sed medici cum conſiderant diſpoſitiones

humani corporis in ordine ad opus, ideo illas diſtinxerunt in plures partes, vt cuiq; proprium, ac proportionatum regimẽ aptarent, cum aliud regimen conueniat corpori ſano, aliud parum lapſo,& aliud corpori ægro: Et hinc notate,quod medici non vocant ægrum omne corpus inæquale,quoniam ſi omne corpus inæquale diceretur ægrum, nullum corpus diceretur ſanum, cum non detur corpus adeo ęquale, quin ſemper habeat aliquam inæqualitatem,ex ſentẽtia Galeni corpora iudicantur ſecundum ſenſum ſana ab ipſo medico, cum ſit artifex ſenſatus, quia ſi ſecundum rei veritatem iudicarentur, cum reuera ex parte rei, nullum datur corpus omnino ſanum, periculum eſſet ſempiternæ paſſionis irripere dogma: cum ergo medicus iudicet corporis diſpoſitiones, & res omnes ſecundum ſenſum, & ſecundum ſenſum datur corpus optime ſanum, & corpus ægrum, & etiam corpus, quod medio modo ſe habet, quod nec ſit ægrum ſenſibiliter, nec optime ſanum,tale dicitur à medicis Neutrum, quod tamen reuera eſt in latitudine ſanitatis, cum in eo actiones ſenſibiliter non lædantur.

1. Tegni. 33.

Nec laudo ſententiam Manardi, qui dicit Gal. poſuiſſe medium,& neutrum inter ſalubre, & non ſalubre, ſed non inter ſanum, & ægrum, quæ ſententia confutatur ab Argenterio in artem paruam.

In 1. Tegni in fine vltimi cap.

Com. 1.

Dicatis igitur,ſecundum rei veritatem, & ex parte rei non dari Corpus Neutrum, cum

omne corpus neceſſario, aut ſit ſanum, vel ægrum, tum ſecundum medicos, tum etiam ſecundum Philoſophos, in hoc tamen diſtinguuntur Philoſophi à medicis, quod iſtud corpus, quod improprie dicitur neutrum, ſecundum Philoſophos, eſt extra latitudinem ſanitatis, & reuera ex parte rei eſt corpus ægrum, ſed medici reponunt iſtud corpus neutrum, in latitudine ſanitatis.

Ex hijs facile eſt reſpondere ad auctoritates in contrarium adductas, probantes non dari neutrum; & ad primum concedo, quod inter ſanitatem, & morbum, non datur neutrum, ſi accipiatur ſanitas primo modo, prout comprehendit totam latitudinem ſanitatis, quia reuera inter ſanum, & ægrum nō datur medium, ſed datur ſolum improprie, & ſimpliciter loquendo inter optime ſanum, & ægrum, vt diximus.

Ita dico ad ſecundum; probat enim reuera, & ex parte rei, non dari neutrum, quod concedo.

Ad tertium dico ex ſententia Galeni, corpus neutrum eſſe in latitudine ſanitatis, cum dicatur ſanum ſecundum habitudinem, & ideo concedit Gal. non dari neutrum realiter diſtinctum ab ęgritudine, & ſanitate, nec in hoc diſcrepat Gal. ab Ariſt.

Idem dico ad quintum, quod loquitur de ſanitate primo modo ſumpta, prout comprehendit totam latitudinem ſanitatis, & ſic inter iſtam, & morbum, non datur medium,

Similiter & authoritates Gal. quę compro bant dari neutrum, ſunt veræ de neutro inter optime ſanum, & ægrum, non autem inter ſanitatem, & morbum, prout ſanitas comprehẽdit omnem ſanitatem, & totam eius latitudinem.

Sed ad quartam rationem quid dicendum ſit, dum dicit non fieri tranſitum de extremo ad extremum ſine medio, ergo cum corpora ſana fiunt ægra, neceſſe eſt deuenire ad medium, quod dicitur neutrum. Reſpondeo ad ſanitatem, & morbum non eſſe motum, ſed mutationem tantum, cum ſanitas non intendatur, nec remittatur, & non ſuſcipiat magis, & minus, ſicuti intendi, & remitti poſſunt primæ qualitates, & ex harum primarum qualitatum alteratione, & mutua inuicem actione, & paſſione, vbi deuenerint ad quandam mediocritatem, & debitam proportionem, & ſymmetriam, ſtatim, & in inſtanti, & fere in puncto imperceptibili introducitur, ſeu cõſequitur ſanitas, quare motus, & alteratio, quę fit in primis qualitatibus, nõ eſt ſanitas, ſed diſpoſitio ad conſequendam, vel deperdẽdam ſanitatem, & ideo poſuit Ariſt. ſanitatẽ, & morbum, in prima ſpecie qualitatis, in qua non eſt motus, & ideo non eſt neceſſarium, vt inter morbum, & ſanitatem ſit medium, cum ad ipſas non ſit motus, ſicuti neceſſe eſt dari medium inter alterationem, & motũ, qui eſt inter primas qualitates.

Braſauola 2. aph. com 8.

Concludendum igitur erit, nullo pacto dari neu-

ri neutrum inter ſanum,& ægrum,ſed corpora ſenum, athletarum, conualeſcentium, & decidentium, quæ neutra nuncupari ſolent, dicendũ eſt ſecundum medicos eſſe in latitudine ſanitatis, ſunt enim corpora ſana, quæ tamen habent ſanitatem debilem,infirmam, & imperfectam,quæ dicitur ſecundum habitudinem, ſed ſecundum Philoſophos, & veriorem ſententiam, talia corpora ſunt extra latitudinem ſanitatis, eo quia non ſunt corpora ſana, ſed ægra.

FINIS.

INDEX EORVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR,

&primo primi Libri.

Quid ſit Febris Peſtilens, & quomodo diſtinguatur à cæteris febribus. cap. 1. cart. 1
Quid ſentiat communis opinio, & diſtingui ſecundum maiorem gradum putredinis. 2
Diſtinguuntur etiam ratione loci, cum in Peſtilenti, Putredo ſit in corde. 3
Febris Peſtilens, aut eſt Diaria, vel Humoralis, aut Hectica. 3
Cor an poſſit putreſcere, & quomodo. 4
Febris Diaria, Humoralis, aut Hectica Peſtilentes, quomodo inuicem diſtinguantur. 5
Particularis opinio de febre peſtilenti. 6
Febris peſtilens omnis, eſt putrida, & omnis febris putrida eſt peſtilens. 6
Febres aliæ non peſtilentes fiunt non ex putredine Humorum, ſed ex eorum excalefactione. 6
In febribus peſtilentibus cur corpus refrigeratur. 8
An in febribus peſtilentibus, in veneno, ac morſu ſerpentum, cōueniat ſanguinis miſsio. c. 2. 11

Nec

Nec obſtructio, nec putredo curari poſſunt ſanguinis miſſione. 12
Flebotomia cur non conueniat humoribus putreſcentibus. 12. & 16
Putredo eſt extinctio naturalis caloris & reſolutio ſpirituum, & qua de cauſa res putreſcant. 12
Flebotomia, quomodo conueniat in carbunculis. 14
An in febre peſtilenti, vtendum ſit victu pleno vel tenui. cap. iij. 21
Communis opinio cur credat vtendum eſſe victu pleno. 21
Melius tamen eſt aſſerere, vtendum eſſe victu tenui 24
An chartæ in quibus ſcribitur peſtem in accipientium perniciem effundant, & quomodo euitari poſſit contagium cap. iiij. 29
Charta facile recipit peſtilentiam, & omnem malam qualitatem. 30
Charta quot modis reddatur peſtilens, & recipiat venenoſam qualitatem. 33
Litterę tempore peſtis, non recipiuntur niſi cum maſſimo periculo. 34
Quę remedia ac diligentiæ genera, ad noxā qua huiuſmodi litteræ afficiuntur arcendam, adhiberi poſſunt. 35
Omnis febris eſt calor præter naturam accenſus & incalefacto eſſe, in ſubſtantia cordis. cap. v. 37
Tria ſunt genera febrium vt Diaria, humoralis, & Hectica, & quomodo diſtinguantur, ſecun-

cundum communem opinionem. cart. 38

Febris Ephemera non eſt calor accenſus in ſpiritibus. 38.48

Febris humoralis, non eſt calor extraneus accenſus in humoribus, vt communiter creditur. 40.48

Febris omnis Diaria, *& Humoralis eſt calor accenſus in ſubſtantia cordis.* 43

Cor componitur ex partibus ſolidis, carnoſis, & ſpiritibus. 43

Febres omnes, inuicem non diſtinguuntur ratione ſubiecti, ſed ratione cauſæ. 44.47

Febris hectica quid ſit ſecundum communem opinionem. 45

Febris Hectica quid ſit, & quomodo conſtituantur eius differentiæ, iuxta propriam ſententiam. 46

An brodium, & ſorbitiones, conueniat in Augmento, & ſtatu morbi. cap. 6. cart. 50

In ſola declinatione acceſsionis, cibandus eſt æger, quando caliditas deſcendit ad pedes. 51

Quo tempore cibandum ſit in morbis acutis. 54

Quo tempore cibandum ſit in ſinocho, & Ethicha, in quibus non ſunt tempora particularia. 55

Corpora calida, & ſicca, ſi febricitent in æſtate ex ira, mærore, inedia, & labore, cur cibanda ſint in principio Acceſsionis. 56

Corpora biliosa, calida, & ſicca difficillime tolerant ieiunium, & ab inedia cur in illis accendatur febris. 56

In quibus febribus conueniat ægrum cibare in prin-

principio acceſsionis, 57.60
Indicatio mittendi ſanguinem, nõ eſt deſumenda à magnitudine morbi, nec ab ætate, ſed a cauſa morbi. cap. 7. cart. 61
Quid ſentiat communis opinio in hac re. 61
Quot modis morbus dicatur magnus. 62
Indicatio mittendi ſanguinem, non eſt deſumenda, à morbi magnitudine. 63
Omnis indicatio euacuationis, deſumenda eſt ab humoribus peccantibus. 65
Quot modis contingat humores peccare, & quid ſit cachochimia, & plethoria. 65
Quibus humoribus peccantibus conueniãt medicamenta, & ſanguinis miſsio. 66.68
Indicatio mittendi ſanguinem deſumenda eſt à ſanguine malo. 69.70
Magnitudo morbi, ætas, & virium robur, indicant quantum ſanguinis debeat educi. 72
An in pueris, & decrepitis, mittendus ſit ſanguis. 74
An in febribus liceat mittere ſanguinem, aut vti medicamento in 4. 7. 11. 14. & 21. die cap. 6. cart. 76
Dies critici quales dicantur, & quæ conditiones requirantur vt dies ſit critica. 77
Dies 4.7.11.14.21. quandoq; ſunt dies critici, quandoque non. 78
An in die critica liceat medico aliquid operari. 78
In die critica ſi natura molitur optimã euacuationem, medicus nihil debet operari. 80
Si vero euacuatio ſit diminuta, dum fit non eſt adiuuanda à medico in die critico. 80

In dicatorij dies quales ſint. 81
In die indicatoria debent apparere ſigna concoctionis. 81
Quomodo cognoſci poſſit, qua die morbus debeat indicari. 81
Et an debeat iudicari per criſim, aut non. 81
Et ſi iudicaturus ſit per criſim, an per ſudorem, vel per ſeceſſum &c. 81
Criſis non fieri ſolet niſi in morbis acutis. 82
Dies critici reperiuntur in morbis acutis, non autem in morbis longis. 82
In Die maioris aſtictionis an liceat medico aliquid operari. 82
Exacerbationes in omnibus febribus, fieri ſolent in diebus criticis magna ex parte. 84
An mala euacuatio facta a natura ſymptomatice operante, ſit a medico cohibenda cap. ix. 88
Simptomatica euacuatio qualis ſit. 88
Simptomatica euacuatio illa dicitur, quæ fit a natura in principio, augmento, vel in prima parte ſtatus vniuerſalis morborum. 88
Simptomaticæ euacuationes quõ fiãt a natura. 89
Simptomatica euacuatio quę non fit per loca cõferentia, ſemper eſt cohibenda. 90
Simptomatica euacuatio quæ fit per loca conferentia non eſt cohibenda. 91
Euacuatio quandoque incipit mala, quæ poſtea ſequitur bona. 91
Simptomatica euacuatio numquam adiuuanda eſt a medico. 93
Simptomatica euacuatio, cohibenda eſt ratione virium. 94

INDEX EORVM, QVAE continentur in Secundo Libro.

De melancolia, & mania morbo, & eius curatione. cap. 1. cart. 95
Melancolia morbus, nomen deſumpſit a cauſa morbi. 95
Melancholia, & mania eſt Delirium ſine febre. 96
Quomodo diſtinguatur a Phrenitide. 96
In melancholia, & mania principaliter læditur imaginatio. 96
Melancholia, & mania non ſunt morbi, ſed ſimptomata. 97
In quibus, pars affecta eſt cerebrum. 97
Melancholia, & mania ſequuntur intemperiem frigidam, & ſiccam ipſius cerebri. 97
Cauſa harũ affectionũ eſt humor atrabilioſus. 98
Atrabilis generatur per aduſtionem ſanguinis, bilis, & melancholiæ. 98
Melancholia oritur à ſanguine, vel melancholia aduſta. 98
Mania generatur à bile aduſta. 98
Atrabilis generari ſolet, aut in toto corpore, aut in capite, vel in Hipocondrijs. 98
Melancholia, & mania fieri ſolent ex ſuppreſſione menſtruorum, & hemoroidarum. 100
Quibus ſignis cognoſcatur, an melancholia ſit a ſanguine, vel a bile, aut ab humore melancholico. 101
Signa, q̃ oſtẽdũt an atrabilis generatur in toto corpore, vel in capite, aut in Hipocōdrijs. 102

Melancholici cur ſint triſtes, & timeant, & quænam ſit cauſa timoris. 103
Quid poſsit medicus præſagire in melancholia, & mania. 104
Iſtæ affectiones difficillime ſolent curari. 105
Melancholia, & mania curari ſolent excalefacientibus, & humectantibus. 107
Valde calida, & humida non conueniunt in tali morbo. 107
Melancholici, & maniaci fiunt quandoque, epileptici, & apopletici. 106
Quænam, & qualis ratio victus conueniat melancholicis. 108
Vinum conuenit potius merum, quam valde dilutum 108
Acetum an conueniat necne. 108
Venus an conueniat melancholicis, & maniacis. 109
Sanguinis miſsio an conueniat melancholicis, & maniacis. 110
Flebotomia conuenit, ſi melancholia ſit à ſanguine, ſed ſi ſit à bile, vel altero humore, nõ conuenit. 110
Melancholia quę oritur, ex animi accidentibus, quomodo curetur. 113
Melancholia à ſanguine quibus medicamentis curari debeat. 114
Si vero ſit a melancholia aduſta, vel a bile quo modo curanda ſit. 114
Medicamenta valde calida non conueniunt in deſipientia. 116
Apertio venarum hæmoroidarum, conuenit in de-

deſipientia. 116
Fomenta calida, & humida capiti maximè cõueniunt. 117
Balneum aquæ dulcis eſt optime, & conueniens remedium. 118
Cauteria, quomodo, & quot facienda ſunt. 119
Serum quomodo parandum ſit. 120
Ea quæ ſomnum conciliant maxime cõferunt. 120
Particularia quædam præſidia quę conueniũt in deſipientia. 122
In deſipientia quomodo lęditur cor. 122
Cordialia præſidia conueniunt in deſipientia. 123
Vera, & exquiſita curatio Deſipientium. 124
Syruppi de Elleboro, & de Polipodio magiſtrales. 125
Quid ſit criſis, quotuplex. & quę conditiones requirantur, ad optimam criſim. c. 11. car. 127
Criſis quare dicatur iudicium. 127
Criſis quot modis ſumatur. 127
Accidentia ſæua, & magna cur fiant in criſi. 128
Criſis optima, & ſymptomatica, qualis ſit. 129
Quænam ſint conditiones optimæ criſis. 130
Prima vt fiat apparentibus ſignis optimę concoctionis. 130
Secunda vt educatur humor peccans. 131
Tertia vt criſis fiat in die critica, & indicata in die indicatoria. 131
Quarta, vt fiat per loca conferentia, Quinta, vt ſit tuta, Sexta, vt ſit manifeſta. 132
Septima, vt ſit integra, & educantur omnes humores peccantes, 134
In quibus morbis expectanda ſit criſis: & quo-

S 4

quomodo indicari ſoleāt morbi lōgi. c. 3. ca. 134
Morbi materiales, et immateriales quales ſint. 134
Morbꝰ lōgus, et acutꝰ qualis ſit, et quotuplex. 135
Criſis non fit niſi in morbis acutis, nec tamen in omnibus. 136
Criſis cur fieri ſoleat in die maioris afflictionis. 136
Morbi longi indicantur per abſceßum. 137
Abſceßus quomodo fieri ſoleat p̄ modū criſis. 137
Abſceſſus cur maxime fiant circa articulos, & partes glanduloſas. 138
In febribꝰ lōgis cur fieri ſoleāt abſceſſus. 139. 141
In quibus morbis longis fieri ſoleant abſceſſus. 141
Quibus ſignis cognoſci poſſit in qua parte futurus ſit abſceßus. 142
Abſceſſus quare timendus ſit in parte dolēte. 143
Quomodo cognoſci poſſit an criſis facta per abſceſſum, optima ſit. 144
In morbis longis quandoque fieri ſolet optima criſis ſine abſceßu. 146
Quid ſit fames, & quomodo fiat naturalis appetitus: cap. 4. cart. 147
Fames ſecundum communem opinionem, fit ex inanitione partium noſtri corporis. 147
Iſta communis opinio confutatur. 148
Fames, & naturalis appetitus fit ex ſola inanitione ventriculi. 149
Quare qui habent os ventriculi frigidum, magis appetant. 150
Quomodo ea, quæ acida, & frigida ſint, appetitum excitant. 150
Portio melancholiæ cur alienę deferatur ad os ventriculi. 150
Senes cum habeant ventriculum frigidum, cur non multum appetunt. 151

INDEX EORVM QVAE CONTINENTVR IN TERTIO LIBRO.

DE ſubiecto medicinæ cap. 1. car. 153
Prima ſententia aſſerẽtium Hominem eſſe ſubiectum. 154
Alij dixerũt ſanitatem eſſe ſubiectum medicinæ. 154
Quidam affirmant ſanum dici ſubiectum. 155
Quæ nam conditiones requirantur ad hoc vt aliquod dicatur ſubiectum. 155
Nec Homo, nec ſanitas nec ſanum poſſunt eſſe ſubiectum in medicina. 158
In medicina datur ſubiectum, de quo quærun tur, principia, & paſſiones. 162
Corpus humanum ſanabile, & ægrotabile prout tale eſt miniſterio artis, eſt ſubiectum in medicina. 162
Quid ſit complexio. Cap. ij. 163
Complexio eſt qualitas quæ prouenit ex mutua actione & paſſione primarum qualitatum. 163
Complexio eſt in prima ſpecie qualitatis, nempe, habitus. 164
Cõplexio quomodo reſultet ex mutua actione & paſſione primarum qualitatum. 165
Complexio quomodo dicatur qualitas media. 167

Com-

Complexio quomodo diſtinguatur a mixtione. 168
Complexio, eſt proportio, ſeu concentus, vel harmonia. 168
In omni cõplexione adeſt exceſſus alicuius primarum qualitatum. 168
Complexio quomodo dicatur Proportio. 169
Soluuntur rationes Argenterij. 170
An primæ quatuor qualitates, ſint actu vel potentia in temperamento, & ſi actu an in eſſe ſummo vel remiſſo cap. iij. 171
Primæ qualitates in ſummo ſunt in tempera mento vt credidit fernelius. 171
Soluuntur rationes fernelij: eo quia qualitates non remanent in ſummo. 174
Soluuntur rationes Auegę, credentis primas qualitates remanere tam tum in potentia in temperamento. 176
Facile tamẽ tueri poſſumus, qualitates ſolum in potentia remanere in temperamento. 177
Primæ qualitates ſunt in Temperamento in eſſe refracto. 178
An complexio ſit ſubſtantia vel accidens. cap. iiij. 179
Complexionem eſſe ſubſtantiam probatur. 180
Galenus concedit animam ſenſitiuam & vegetatiuam eßе temperamentum. 181
Anima vero intellectiua an ſit temper amen tum dubitat Gal. 181
Complexio ex ſententia Gal. eſt ſubſt antia. 182
Non eſt verum complexionem alicui eßе ſub-

ſubſtantiam, alicui accidens vt credidit Argenterius. 183
Complexio non eſt ſubſtantia, nec forma ſubſtantialis ipſius mixti. 184
Complexio eſt accidens de predicamēto qualitatis. 185
Complexio diſponit ſubiectum ad recipiendũ formam ſubſtantialem. 185
An complexio ſit qualitas realiter diſtinta a primis qualitatibus, & quot complexiones ſint in mixto. cap. v. 186
Aliqui crediderunt realiter diſtingui & probant. 186
Complexio quomodo diſtinguatur à ſecundis qualitatibus. 188
Complexio non eſt qualitas realiter diſtincta a primis qualitatibus. 189
Reſpondetur ad rationes in contrarium adductas. 191
Ex primis qualitatibus vna tam tum reſultat complexio non duæ, vt quidam crediderunt. 192
An complexio hominis perfectior ſit cæteris complexionibus, aliorum mixtorũ. cap. vi. 195
Videtur quod multa animalia habeant perfectiorē cōplexionem. 195
Complexionem hominis perfectiorem eſſe probatur. 195
Complexio quo ad iuſtitiam quid ſit 196
Complexio, quo ad iuſtitiam maſſimam habet latitudinem, & reperitur optima in iuuentute. 196

Complexio optima in homine temperato eſt in ætate iuuentutis. 197
Complexio illa dicitur perfectior, quæ apta eſt parere perfectiores operationes. 198
Complexio humana dicitur perfectior, quia eſt principium perfectioris operationis nempe intellectus. 199
Aggregatum omnium operationum, perfectius eſt in homine, quam in cæteris mixtis. 199
Cur multa animalia diutius viuant, quam homo. 201
Complexio humana quare dicatur ceteris perfectior. 202
Melancolici, & ſenes, cur ſint prudentiores. 203
In homine male temperato, quomodo ſit, aliqua operatio perfectior, quam intemperato. 203. & 206
Quibus ſignis cognoſcatur corpus eſſe optime temperatum. cap. vij. 207
Quatuor ſunt ſigna, quæ hoc nobis oſtendunt. 207
Primo à ſubſtãtia ipſius membri. Secundo à neceſſario conſequentibus. Tertio à neceſſario accidentibus. Quarto ab operationibus. 207
Quid Gal. intelligat per hęc quatuor. 208
Quomodo indicatione ſumpta, ab ipſo temperamento, corpus cognoſcatur eſſe ſanum. 209

Signa

Signa ſumpta à primis qualitatibus, dicuntur ſubſtantialiter in hærentia. 211
Quomodo à magnitudine, figura, numero, & ſitu, partium organicarum, cognoſcatur corpus eſſe ſanum. 211
Iſta tamen ſigna, non ſunt ſigna ſubſtantialia, vt communiter creditur 214
Sanitas partium organicarum, nõ eſt earum compoſitio, ſed temperamentum. 215
Secundæ qualitates quomodo nobis oſtendãt corpus eſſe ſanum. 217
Color corporis optimę ſani eſt albus, mixtus cum rubedine. 218
Quæ nam pulchritudo requiratur ad corpus optime ſanum. 219
Pulchritudo quomodo diſtinguatur, a formoſitate. 220
Pulchritudo non poteſt eſſe ſine magnitudine: ſed paruus dici poteſt formoſus. 220
Corpus optime temperatum, an debeat eſſe medium inter magnum & paruum. 221
Ex operationibus quomodo cognoſcamus corpus eſſe ſanum. 224
Corpus temperatum eſt, medium inter audacem, & timidum, &c. debet eſſe alacre, amicorum beneuolum, humanum, & prudens. 226
An ſigna ſumpta a ſubſtantialiter in herentibus, certius ſanitatem oſtendant. 225
Signa ſumpta ab operationibus certius nobis indicant, an corpus ſit optime ſanum. 228
An reperiatur homo temperatiſſimus quoad

iuſtitiam, & ſi datur an æque diſtet ab extremis cap. viii. 229
Complexio perfectiſſima non datur. 230
Complexio perfectiſſima quoad ſenſum, reperitur. 230
Complexio humana temperatiſſima quoad iuſtitiam, a prędominio eſt calida & humida. 232
Complexio temperata ex coalternatione, membrorum, qualis ſit. 233
An detur æquale quo ad pondus cap. ix. 234
Probatur dari poſſe corpus ęquale quoad pōdus in motiuis qualitatibus. 234
Iſtud corpus reuera non poteſt dari, & probatur. 236
Quidam crediderunt dari æquale quo ad pōdus, in alterati vis qualitatibus. 240
Soluuntur rationes Fernelij probantes, dari æquale quoad pondus, in alteratiuis qualit. 241
Non eſt verum Galenum poſuiſſe æquale quoad pondus ſecundum ſenſum. 242
Aequale quoad pondus dicitur in quo primæ qualitates ſunt in eodem gradu, & æquæ actiuæ. 243
Aequale quoad pondus poteſt dari in fieri, & in tranſitu. 244
Soluuntur rationes probantes, dari æquale quo ad pondus. 244
An ſimile, poſſit, & debeat conſeruari a ſuo ſimili. cap. x. 247
Senes egēt victu moderate calido, & humido. 247

Corpora male ſana læduntur, à ſimilibus, iuuantur à modico contrariorum vſu. 248

Corpora optime ſana à ſimilibus conſeruantur, læduntur à contrarijs. 248

Ea quę ſunt ſecundum naturam debent conſeruari, quæ vero præter naturam, ſunt remouenda. 248

Conſeruatio fit à ſimili. 248

Corpus optime ſanum non reperitur ideo, non datur corpus quòd ſuo ſimili poſſit conſeruari. 250

Omne corpus maxime iuuatur, a modico contrariorum vſu. 250

Prǽſeruatio ab imminenti lapſu, fit à modico contrariorum vſu. 250

Pituitoſo febricitanti cur frigidiora non conueniant, quam bilioſo. 252

An conſeruanda ſit conſuetudo, præſertim tempore ægritudinis ſi fuerit mala c. 11. car. 255

Conſuetudo cur dicitur altera natura. 255

Conſuetudo cum ſit res ſecundum naturam cõſeruanda eſt à ſuo ſimili. 256

Alimenta, quæ ſumuntur cum guſtu citius, & melius concoquuntur. 257

Alimenta quæ ſumuntur ſine voluptate, pariunt vomitum, inflationẽ, & difficile concoquuntur. 257

Conſuetudines malæ non ſunt remouendæ, niſi tempore ſanitatis. 258

Conſuetæ exercitationes non ſunt mutandæ, ſi cum hĩs ſanus vixerit. 259

Conſuetudo mala non eſt mutanda, tempore

ægri-

ægritudinis. 259
Conſuetudo non omnino eſt conſeruanda, ſed aliqua ex parte. 259
In gratiam ægrotantis, multa concedēda ſunt a medico. 260
An detur corpus neutrum cap. xij. 261
Neutrum corpus dari, probatur authoritate, & ratione. 261
Corpora ſenū et cōualeſcētiū, an ſint ſana. 262. 271
Neutralitas non eſt inſenſibilis leſio actionis, vt quidam crediderunt. 263
Qui ſumpſerunt venenum, aut morſi ſunt a cane rabido, ſunt corpora neutra. 264
Quæ ſint corpora ſana, ſecundum habitum, & quæ ſecundum habitudinem. 265
Corpora Decidentiæ qualia ſint. 266
Neutrum quomodo dari poteſt, inter ſanitatem, & morbum. 266
Corpus neutrum à parte rei, non poteſt dari. 268
Corpus neutrum ſecundum medicos eſt in latitudine ſanitatis: philoſophi vero dicūt eſſe extra latitudinem ſanitatis. 269
Soluuntur, rationes probantes dari corpus neutrum. 269
Corpus neutrum, eſt corpus imperfecte ſanum, quod dicitur Medium inter optimā ſanitatem & morbum. 269

Errata ſic corrige.

	carta	linea	
... calido	254.	19.	a contrario

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE, Excudebant Alexander Gardanus, & Franciſcus Coattinus Socij. 1588.